



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXIII. De voluntate Dei. Et habet ar. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVÆST. XXII. DE VOLUNTATE DEI, ART. XV.

435

eam simpliciter velle: sed solum ea intendere dicuntur, quādū aliquid propter sanitatem vult. & ideo concedendū est, quod intentio non sit alius actus numero, quam uoluntas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamvis unus actus non possit esse bonus & malus, tamen aliquius actus mali potest esse aliqua circumstantia bona: sicut actus uitiosus est, si quis comedat plus quam debet, licet comedat quando debet. & ita voluntas, qua quis nult furari, ut pascat pauperes est actus malius simpliciter, habens tamē aliquam circumstantiam bonam proper quid enim ponit una de circumstantiis.

Ad II. Dicēdū, q̄ verbum Philos. est intelligentium, quando s̄t̄itur in medio, quando, n. per medium tranſit ad terminum, tunc est unus numerus motus. & ita quando uoluntas mouetur id id, quod est ad finē cum ordine ad finē, est un⁹ mot?

Ad III. Dicendum, q̄ q̄n conclusio & principium considerantur utrumque per se, sunt diuerſe considerationes: sed quando consideratur principium in ordine ad conclusionem, est eadem, cōſideratio utriusque, sicut fit in tyloſismo.

Ad IV. Dicendum, quod finis & id, quod est ad finem sunt unum obiectum, in quantum consideratur unum in ordine ad aliud.

ARTICVLVS XV.

Vtrum electio sit actus voluntatis.

QVINTO DE CLMO queritur, utrum electio sit actus voluntatis. & uidetur quod nō: sed rationis: ignorantia enim non est voluntatis; sed rationis: id peruersitas electionis ignorantia que dam est, unde omnis malus dicitur esse ignorans, ignorantia electionis, ut patet in 3. Eth. ergo & electionis rationis est.

¶ 2. Præt. Sicut ad rationem pertinet inquisitio & argumentatio, ita conclusio; sed electio est quasi quedam conclusio consilii, ut patet in 3. & 7. Eth. Cum ergo consilium sit rationis, & electio simili ter rationis erit.

¶ 3. Præt. Secundum Phil. in 8. Eth. principalitas uirtutis moralis in electione consistit: sed sicut ipse dicit in 6. Eth. id, quod est prudentia in uirtutibus moralib. est principale, quod formaliter completerationem uirtutis, ergo electio pertinet ad prudentiam: sed prudentia est in rōne, ergo & electio, ¶ 4. Præt. Electio discretionem quandam importat: sed discernere rationis est, ergo & eligere.

Sed CONTRA est, qd eligere est duob. propositiis unū alteri preceptare, ut patet per Dam. sed opta re factus voluntatis & nō rōnis, ergo & eligere,

¶ 2. Præt. Philos. dicit in 3. Eth. quod electio est de-

ſiderior preconsilii: sed desiderium est uolun-

tatis, & non rationis, ergo & electio.

RISPON. Dicendum, q̄ electio hēt in se aliquid voluntatis, & aliquid rōnis: utrum aut sit actus proprie voluntatis, vel rōnis, Philos. uidetur relinquere sub dubio in 6. Eth. ubi dicit, quod electio uel est appetitus intellectuī, i. appetitus in ordine ad intellectum, uel intellectus appetituī, i. intellectus in ordine ad appetitum, primum aut uerius est, quod sit actus voluntatis in ordine ad gōnem. Qd enim sit directe actus voluntatis patet ex duobus, primo ex ratione obiecti; quia proprium obiectū electionis est id, quod est ad finem, quod pertinet ad rationem boni, quod est obiectū voluntatis, nam bonum dī finis, ut honestū uel delectabile, & quod est ad finem, ut uile. Secundo, ex ratio-

A ne ipsius actus. Electio enim est ultima acceptio, qua aliquid accipitur ad prosequendum: qd quidem non est rationis: sed voluntatis, nam quantumcunque ratio unum alteri praesert, nondū est unum alteri praacceptatum ad operandū, quo usque uoluntas inclinetur in unum magis quam in aliud, non. n. uoluntas de necessitate sequitur rationem. Est tamen electio actus voluntatis non absolute, sed in ordine ad rationem, eo quod in electione apparent id, quod est proprium rationis.

B Conferre unum alteri, uel preferre, quod quidē in actu voluntatis inuenitur ex imprecisione rōnis, in quantum. Cifra ratio proponit voluntati aliquid, non ut uile simpliciter: sed ut utilius ad finem. Sic ergo patet, quod voluntatis actus est uelle, & intenſe uelle prout ratio proponit voluntati aliquid bonum absolute, siue sit propter se eligendum, ut finis, siue propter aliud, ut quod est ad finem, utrumque enim uelle dicimus: sed eligere est actus voluntatis secundum quod & ratio proponit ei bonum, ut utilius ad finem: intende re uero secundum quod ratio proponit ei bonū ut finem consequendum ex eo, quod est ad finē.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ignorantia electioni attribuitur q̄tum ad id, qd habet de rōne.

AD II. Dicendum, quod practice inquisitionis est duplex conclusio, una, que est in ratione. I. sententia, quae est iudicium de consiliatis. Alia uero quae est in voluntate & huiusmodi est electio. & dī conclusio per quandam similitudinem, quia si cut in speculativis ultimo statur in conclusione, ita in operativis ultimo statur in operatione.

AD III. Dicendum, quod electio dicitur esse principale in uirtute moralis, & ex parte eius quod habet de ratione, & ex parte eius quod habet de voluntate, utrumque n. requiriatur ad rationē uirtutis moralis, & dicitur electio principale respectu exteriorum actuum, unde non oportet, quod electio sit actus prudentiae totaliter: sed participat aliquid prudentię sicut & rationis.

AD IV. Dicendum, q̄ discretio inuenitur in electione s̄m quod pertinet ad rationem, cuius proprietatem sequitur uoluntas in eligendo.

QVÆSTIO XXIII.

De uoluntate Dei.

In octo articulos diuisa.

¶ Primō queritur, utrum Deo competat habere uoluntatem.

¶ Secundū, Vtrum uoluntas diuina possit distinguiri per antecedens, & consequens.

¶ Tertiū, Vtrum uoluntas diuina conuenienter diuidatur per uoluntatem beneplaciti, & uoluntatem signi.

¶ Quartū, Vtrum Deus de necessitate uelit quid nult.

¶ Quinto, Vtrum diuina uoluntas reb. uolitis necesse sit in populi.

¶ Sexto, Vtrum iustitia in reb. creatis dependeat ex simplici diuina uoluntate.

¶ Septimo, Vtrum teneamur conformare uoluntatem nostram uoluntati diuina.

¶ Octavo, Vtrum teneamur conformare uoluntatem nostram uoluntati diuina in volito, ut s̄ te neamur uelle hoc, quod scimus Deum uelle.

Quæst. dif. S. Tho. III 3 ARTI-

QVÆS. XXIII. DE VOLVNTATE DEI. ART. I.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deo conueniat uoluntatem habere.

¶ p. q. i. g. 2. 1.



**V**AESTIO est de uoluntate Dei. & primo queritur, utrum Deo competat uoluntatem habere. & videtur quod non. omni enim uoluntatem habenti competit secundum electionem voluntatis agere. sed Deus non agit secundum uoluntatis electionem, vt enim dicit Dion. 4.c. de di. no. sicut noster visibilis sol non ratiocinans aut preli gens, sed per ipsum esse illuminat omnia. ita & diuinæ bonitas. ergo Deo non competit uoluntate h[ab]ere.

¶ 2 Præt. Ex causa contingenti non potest effectus necessarii prouenire, sed uoluntas est causa contingens cum se habeat ad utrumlibet. ergo non potest esse causa necessariorū. Deus autem est causa omnium tam necessariorum quam contingentium. ergo non agit per uoluntatem, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præt. Ei quod non haberet aliquam causam, non competit aliquid quod importet respectu ad causam: sed Deus cum sit prima causa omnium, non habet aliquam causam. ergo cum uoluntas importet habitudinem in causam finalem, ea uoluntas est finis. In Philos. 3.

Eth. videatur quod uoluntas Deo non competit. ¶ 4 Præt. Secundum Philosophum in 3 Eth. uoluntarium meretur laudem vel vituperium, in uoluntarium autem ueniam & misericordiam. ergo ei non competit ratio uoluntarii, cui non competit ratio laudabilis: sed Deo non competit ratio laudabilis quia laus, ut dicitur in 1 Eth. non est optimorum, sed eorum que ordinantur in optimum, honor autem est optimorum. ergo Deo non competit habere uoluntatem.

¶ 5 Præt. Opposita nata sunt fieri circa idem: sed uoluntario opponitur duplex in uoluntarium, ut dicitur in 3 Eth. in uoluntarium per ignorantiā, & per uolentiam: sed Deo non competit in uoluntarium per uolentiam: quia coactio in Deum non cadit, nec in uoluntarium per ignorantiā: quia ipse omnia nouit. ergo nec uoluntarium Deo competit.

¶ 6 Præt. Ut dicitur in lib. de Regulis Fidei, est duplex uoluntas, affectionis respectu interiorum actuum, & affectionis respectu exteriorum. Uoluntas autem affectionis, utribus dicitur, est faciens ad meritum: uoluntas autem affectionis est perficiens meritum. Deo autem non competit mereri. ergo nec uoluntatem aliquo modo habere.

¶ 7 Præt. Deus mouens est non motum: quia secundum Boet. immobilia manens dat cuncta moveri: sed uoluntas est mouens motum, ut dicitur in 3. de Anima. unde, & in 11. Meta. probat Philo. quod mouet sicut defideratum & intellectum, ex hoc quod est mouens non motum. ergo Deo non competit uoluntatem habere.

¶ 8 Præt. Uoluntas appetitus quidam est, sub appetitu enim animi parte continetur: sed appetitus est imperfectio, est enim non habiti secundum Augustum. ergo cum nulla imperfectio in Deum cadat, ut quod ei non competit uoluntatem habere.

¶ 9 Præt. Nihil quod se habet ad opposita, ut Deo competere, cum talia sint generabilia & corruptibilia a quibus longe Deus remouetur: sed uoluntas se habet ad opposita, cum inter rationales potestes continuatur, quæ ad opposita se habent secundum Philo. ergo uoluntas Deo non competit.

¶ 10 Præt. Aug. 14. de ciuitate Dei dicit, quod Deus

F non aliter afficitur ad res cum sunt, & aliter cum non sunt: sed cum non sunt, Deus non uult res esse, essent enim si eas esse velle. ergo & cum sunt, Deus non uult eas esse.

¶ 11 Præt. Deo non competit perfici, sed perficere: uoluntatis autem est perfici bona sicut intellectus vero. ergo uoluntas Deo non competit.

Si d[icitur] CONTRA est, quod in Psal. 113. dicitur. Omnia quæcumque uolunt facit ex quo v[er]o, quae uoluntate habet, & ex uoluntate sua reuocare sunt.

¶ 12 Præt. Beatitudine maxime in Deo inuenit: sed beatitudine uoluntatem requirit: quia beatus dei secundum Aug. qui habet quicquid uult & nihil malum uult. ergo uoluntas competit Deo.

G ¶ 13 Præt. Vbi enim inueniuntur perfectiores conditiones uoluntatis, ibi est perfectius uoluntas sed in Deo perfectissime inueniuntur perfectiores uoluntatis, est enim in eo indistincta uoluntatis subiecto, quia sua essentia est sua uoluntas, est in distincta uoluntatis ab actu: quia sua actio est suadentia est in eo indistincta uoluntatis a fine de obiecto: quia sua uoluntas est sua bonitas. ergo in Deo perfectissime inueniuntur uoluntas.

¶ 14 Præt. Uoluntas est radix libertatis, sed libertas præcipue competit Deo; liber enim est, qui causa sui est secundum Philo. s[ed] h[ab]et in 1. Metaphysica maxime de Deo uerificatur. ergo in Deo inueniuntur uoluntas.

H RESPON. Dicendum, quod uoluntas propriissime in Deo inuenitur. Ad cuius eidem dicendum est quod cognitio, & uoluntas radicatur in substantia spirituali super diuersas habitaciones eius ad res. Est enim una habitudo spiritualis substantiae ad res, secundum quod res quodammodo sunt apud ipsum spirituali substantiam, non quidem secundum esse proprium, ut aliqui possebant dicentes, quod terram terra cognoscamus, aqua uero aquam & sicut aliis, sed secundum propriam rationem; non enim lapis est in animali species lapidis, sicut ratio eius, secundum Philosophum in 3. de Anima, & quia ratio rei ab aliis diversa non potest inueniri, nisi in substantia immateriali, ideo cognitio non rebus omnibus attributior; sed solum in materialibus, & secundum gradum in materialitatibus est gradus cognitionis, ut que sunt maxime immaterialia, sicut maxime cognoscibilia. In quibus, quia ipsa cognitio immaterialis est, he habet ad ea, ut medietatem cognoscendi; sicut Deus per suam efficientiam dupsum & omnia alia cognoscit; uoluntas autem in quibus appetitus fundatur super habituationem, qua substantia spiritualis referatur ad res, ut habet ordinem aliquem ad eas in seipsis existentes & quia cuiuslibet rei tam materialis quam immaterialis est ad rem aliun ordinem habere, indecet, quod rale, vel animalem vel rationalem, seu intellectualem; sed in diuersis diuersimodo inuenitur. Cum enim res habeat ad rem aliun ordinem per aliquid, quod in se habet, secundum quod diversus mode in se aliquid habet, secundum hoc diversus mode ad aliud ordinatur. Res ergo materialis, in quibus est quicquid eius inest quasi materia obligatum & concretum, non habent libertatem dispositionis ad res alias: sed consequentem ex necessitate naturalis dispositionis. unde huius dispositionis ipsæ res materiales non sunt nisi ipsæ causæ, quæ ipsæ se ordinant in hoc modo.

K

quo

quod ordinantur: sed aliunde ordinantur, unde. s. naturalem disponem accipiunt. & iō competit eis habere tantummodo appetitum naturalem. Substantis uero immaterialib. & cognoscibilib. est ali quid absolute non concretum & ligatum ad materiā, & hoc secundum gradum suæ immaterialitatis, & ideo ex hoc ipso ordinantur ad res ordinatio libera, cuius ipse sunt causa, quasi se ordinantes in hoc ad quod ordinantur. & iō competit eis voluntarie & sponte aliquid agere aut appetere. Si enim arca, qua est in mente artificis, est forma materialis habens determinatum esse, non inclina rem nisi secundum modum suum determinatum, quem haberet: vnde non remaneret artifici liberum facere domum, uel non facere: vel facere sic, aut aliter; sed, quia forma domus in mente artificis est rō dominus absoluta, non se habens quantum est de se magis ad esse, quam ad non esse, nec ad sic quā ad alter esse respectu accidentē dispositionū domus, remanet artifici libera inclinatio respectu domus faciendo, uel non faciendo. Quia vero in substantia spirituali sensitiva, licet recipiantur formæ rerum fine materia, nō tamen omnino immaterialiter & absque materia conditionibus ex hoc, quod recipiuntur in organo corporali, ideo inclinatio in eis non est omnino libera: quoniam in eis aliqua libertatis imitatio vel similitudo sit. Inclinatur, per appetitum in aliquid ex seipsum, in quantum ex apprehensione aliquid appetit: sed inclinari id, quod apperunt, uel non inclinari, non subiaciendi dispositioni eorum, sed in natura intellectuali ubi perfekte aliquid recipitur immaterialiter, inuenit perfecta rō libere inclinationis, que quidem libera inclinatio rōnem voluntatis constituit. & iō rebus materialib. non attributur voluntas, sed appetitus naturalis: animq; uero sensitiva attribuit non voluntas, sed appetitus animalis: solum uerba substantie intellective attributur voluntas, & quanto est immaterialior, tanto ei magis competit ratio voluntatis. vñ cū Deus sit in fine immaterialitatis, si bi summe cōpetit, & propriissimè rō voluntatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dion. nō intendit ex uerbis illis excudere voluntatē, & electionem a Deo: sed ostendere uniuersalem eius influentiam in res. non. n. ita cōicat suam bonitatem rebus, ut quasdam eligat, quas suæ bonitatis participes faciat: quasdam vero a participatione sue bonitatis omnino excludat: sed omnibus dat affluentem, ut dicit Iac. I. quoniam quantum ad hoc, eligere dicatur, quod quibusdam plura, quam aliis dat ex ordine sue sapientia.

Ad II. dicendum, quod voluntas Dei non est causa contingens, eo quod illud quod vult, immutabiliter vult. & ideo ex ipsa ratione sue immobilitatis res necessaria causari possunt, & præcipue cum nulla res creata sit necessaria secundum se considerata: sed in se possibilis<sup>d</sup>, & necessaria per alium.

Ad III. dicendum, qd' voluntas est alicuius duplicitate, uno mō principaliter, & alio mō secundario: principaliter quidē voluntas est finis, q est rō uolendi oīa alia: secundario autem est corum, que sunt ad finem qua pī finē uolumens voluntas aut non haber habitudinem ad volitum, quod est secundarium sicut ad cām, sed tantummodo ad uolitū principale quod est finis. Secundum est aut, qd' voluntas & uolitum aliquando distinguuntur pī rem, & tunc volitum cōparat ad voluntatem, sicut realiter causa finalis. Si autem voluntas &

A volitum distinguuntur tantum rōne, tunc voluntā non erit cau finalis uoluntatis, nisi secundū modum significandi. uoluntas ergo diuina comparatur, sicut ad finem ad bonitatem suam, que secundū rem idem est: qd' sua uoluntas: distinguitur aut solum pī modum significandi. vñ relinquitur, quod uolitatis diuina nihil sit causa realiter, sed solum secundum modum significandi. nec est inconveniens in Deo significari aliud per modū cause, sic n. diuinitas significatur in Deo, ut habēs ad Deum per modum cause formalis. Res uero creatræ, quas Deus uult, non se habent ad diuinam uoluntatem ut fines, sed ut ordinata ad finē. propter hoc n. Deus creaturas uult esse, ut in eis sua bonitas manifestetur, & ut sua bonitas, que p̄ essentiam multiplicari non potest, saltem similitudinis participatione in plures effundatur.

D. 439.  
AD IIII. Dicendum, quod laus non debetur uoluntati secundū quemlibet actum suum, si laus strictè accipitur, ut Philosoph. accipit, sed secundum quod uoluntas comparatur ad ea, que sunt ad finē. Constat. n. quod actus uoluntatis inuenitur non non solum in operib. virtutis, que sunt laudabilia, sed ē in actu felicitatis, que est honorabilem. Constat. n. quod felicitas delectationem habet. & tamē etiam laus Deo attribuitur, cum ad laudandum Deum in multis locis scripture inuitemur; sed laus uoluntatis accipitur quam Philos. accipiat. Vē potest dici, quod laus etiam proprie accepita Deo competit, in quantum sua uoluntate ordinat creaturas in seipsum, sicut in finem.

Ad V. Dicendum, quod in Deo est uoluntas affectionis & uoluntas effectiōis. uult n. se uelle & vult se agere quod agit: sed non oportet qd' vbiq; que est altera istarum, inueniatur meritū: sed solum modo in natura imperfecta tendēte in pīctionē.

AD VI. dicendum, quod quando volitum est aliud a uoluntate, uolitum mouet uoluntatē realiter, sed quando uolitum est idem uoluntati, tunc non mouet nisi secundū modū significandi. & quantum ad hunc modū loquendi idem Cō. in 8. Phy. verificatur dictum Platonis, qui dicebat quod pri mō mouens mouet seipsum, in quantum s. intel ligit & vult seipsum. nec tñ, quia vult creaturas, sequitur, quod a creaturis mouetur; quia creaturas non vult nisi ratione sua bonitatis, ut dictum est.

AD VII. dicendum, q̄ per eandem naturā aliquid mouetur ad terminū quē nondū obtinet, & in termino quietescit, quem iam obtinuit, unde eiusdem potentia est tendere in bonum cum nondū habetur, & diligere ipsum, & delectari in eo postquam h̄r, & utrumque horum pertinet ad potentiam appetitiū, quoniam nominetur magis ab illo actu quo tēdit in id, quod non h̄r, rōne cuius dī qd' appetitus est imperfecti: sed voluntas indifferenter se h̄et ad utrumque. Vnde uoluntas secundū propriam rōnem competit Deo, non autē appetitus.

In foliis. aī  
3. argu.  
AD VIII. Dicendum, qd' Deo nō competit ad opposita se habere quantum ad ea, que sunt in electione eius: sed ad opposita se habet quantum ad effectus in creaturis, quos potest facere, & non facere.

AD IX. Dicendum, quod Deus cum nō operatur res, vult res esse: sed tamē non uult quod rōne sine unde obiectio procedit ex suppositione falli.

AD X. Dicendum, quod Deus non potest aliquo perfici secundum rem: tñ per modum significandi aliquando aliquo perfici significatur, sicut cū dico qd' Deus intelligit aliqd. Sicut. n. uolitū est perfectio uoluntatis, ita intelligibile pīctio intel-

Quæst. dil. S. Tho. III 4 lectus

QVÆS. XXIII. DE VOLYNTATE DEI. ART. II. V

lectus. In Deo autē idem est intelligibile primum & intellectus, & uoluntas primum & uoluntas.

ARTICVLVS II.

Vtrum diuina uoluntas in antecedentem & consequensem diuidatur.

**S**ECUNDО quæritur, utrum uoluntas diuina possit distingui per antecedens & consequens. & uidetur quod non. ordo enim distinctionem p̄e supponit: sed in diuina uoluntate non est aliqua distinctione, cum uno simplici actu uoluntatis uelit omnia, qua uult. ergo in diuina uoluntate non est antecedens & consequens, quod ordinem importet. sed dicendum, quod in uoluntate diuina & si non sit distinctione ex parte uolentis, est tamen distinctione ex parte nolitorum.

**T**2. Sed contra, ex parte uolitorum non potest ordo in uoluntate ponи nisi dupliciter, aut respectu diuersorum, aut respectu unius uoliti: si respectu diuersorum uolitorum, sequitur quod uoluntas antecedens dicatur de primis creaturis, uoluntas autem consequens de posteriorib. creaturis, quod falso est; si autem respectu unius uoliti hoc non potest esse, nisi secundum diueras circunstantias in illo nolito consideratas, hoc autem non potest ponere distinctionem, uel ordinem in uoluntate, cum uoluntas referatur ad rem s̄m quod in sua natura exsilit, res aut in sua natura implicita est oibus suis conditionib. ergo nullo modo in diuina uoluntate debet ponи antecedens & consequens.

**T**3. Præt. Sicut uoluntas comparatur ad creaturas, ita & scientia & potentia: sed propter ordinem creaturarum non distingimus scientiam nec potentiam Dei per antecedentem & consequentem. ergo nec uoluntas hoc modo distingui debet.

**T**4. Præt. Illud quod non recipit mutationem, nec impedimentum ab alio, non iudicatur ex alio, sed ex seipso tantum; uoluntas autem diuina a nullo potest imputari nec impediari. ergo nec debet iudicari ex alio, sed ex seipso tantum; sed uoluntas antecedens in Deo dicitur secundum Dama. ex ipso existens: consequens autem ex causa nostra, ergo in Deo non debet distingui uoluntas consequens contra antecedentem.

**T**5. Præt. In affectuā non uidetur esse ordo, nisi ex cognituā; quia ordo ad rationem pertinet: sed Deo non attribuitur cognitionis habens ordinem quae est ratio; sed cognitionis simplex quae est intellectus. ergo nec in uoluntate eius debet ponи ordo antecedens & consequens.

**T**6. Præt. Boet. dicit in li. de Cōsol. quod Deus uno mentis intuitu omnia cernit. ergo pari ratione ad omnia, quae uult, uno simplici actu uoluntatis se extendit. ergo in eius uoluntate non debet ponи antecedens & consequens.

**T**7. Præt. Deus cognoscit res in seipso & in propria natura rerum, & quamvis res posterius sint in propria natura quam in uestro; non tamen in cognitione Dei ponitur antecedens & consequens. ergo nec in uoluntate ponи debet.

**T**8. Præt. Sicut diuinum ēē mensuratur aeternitate, ita, & diuina uoluntas: sed duratio diuini est pp hoc quod est aeternitate mensurata, est tota similitudine habens prius & posterius. ergo nec in uoluntate diuina debet ponи antecedens & consequens.

**Li. 2. ortho.  
fidel cap. 26.** SED CONTRA est, quod Dama. dicit in 2.li. Oportet scire quod Deus antecedente uoluntate uult omnes saluari, non autem consequente, ut post subdit. ergo distinctione antecedens & consequens competit diuinæ uoluntati.

**T**2. Præt. Deo competit uoluntas habitualis aeterna secundum quod Deus est, & uoluntas actualis, secundum quod creator est uolens res aet. esse: sed hæc uoluntas comparatur ad primam sicut consequens ad antecedens. ergo in uoluntate diuina antecedens & consequens inueniuntur.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ uoluntas diuina per antecedentem & consequentem conuenienter distinguatur. Cuius distinctionis intellectus ex verbis Dama. est assūmendus, qui hanc distinctionem introduxit, dicit, n. 2. li. quod uoluntas antecedens est acceptio Dei ex ipso existens: sed uoluntas consequens est concepsio ex nostra causa. Ad cuius evidentiā sciendum est, quod in qualibet actioē est aliquid considerandum ex parte agentis, & aliquid ex parte recipientis, & sicut agens est prius factio & principalius, ita id, quod est ex parte facientis, et prius naturaliter eo, quod est ex parte facti sicut patet in operatioē natura, qd ex parte uitiosi formativæ, quæ est in semine, et quod animal prece p̄ducatur: sed ex parte materiæ recipientis, quæ quinque est indisp̄posita, contingit quandoque quod non producitur perfectum animal, sicut contingit in partibus monstruosis. & sic dicimus de prima intentione naturæ esse, quod aīl perfectum prod̄catur: sed quod producatur aīl imperfectū, et aīl secunda intentione naturæ. Quæ ex quo non potest suam indisponē tradere formam perfectio- nis, tradit ei id, cuius est capax, & similiter ei considerandum in operatione Dei, qua operatur in creaturis. Quamuis n. ipse in sua operatione materiali non requirat, & res a principio creatura nullā materia p̄existente: nunc tamen operatur in rebus, quas primo creavit, cū administrans p̄ se supposita natura, quam prius eis dedit, & quā posset a creatura omne impedimentum auferre, quo perfectionis incapaces existunt: nī s̄m ordinē nūc sapientiē disponit de reb. s̄m carnis cōdīnem, ut unicuique tribuat s̄m modū suum. Illud ergo, ad quod Deus creaturā ordinavit, sūm et de fide, dī esse uolūtum ab eo quasi prima intentione, si ue uoluntate aīcedente: sed quia creatura impedit p̄ se sui defectum ab hoc fine, nihilominus si Dei iplet in ea id bonitatis, cuius est capax, & hoc est quā si de scda intentione eius, & dī uoluntas cōdīcet. Quia ergo Dei oīs hoīs pp beatitudine faciat uoluntate aīcedente oīum salutē nelle, sed ga- da sue salutis aduerterat, quos ordo sue sapientiae salutem venire non patit p̄ corum defectū, iplet in eis alio modo id, quod ad suam bonitatem pertinet. sc̄s per iustitiam dānans, ut si dī a primo ordine voluntatis deficit in scđm labant, & dum Dei voluntatem non faciat, implet in eis voluntate Dei. Ipse autem defectus peccati, quo alijs redi- dignus pena in præsentis, vel in futuro, non est iustitia a Deo neq; voluntate antecedente, neq; est iniquitas: sed est ab eo solummodo permisus nec intelligēdum est ex p̄dictis qd intentione Dei frustrā posse: quia istum, q̄ non salutari preficiat ab aīl no fore non saluandum; nec ordinat ipsū in de- lūtem secundum ordinem p̄definitionis, q̄ ei ordo absolute voluntatis. sed quātum ex parte uolūtū est, dedit ei naturam ad beatitudinem ordinariam.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ in voluntate diuina, nec ordo, nec distinctione est ex parte aīcedente voluntatis: sed solummodo ex parte uoluntatis.

Ad II. Dicēdū, q̄ ordo diuina voluntatis nō aīcedet s̄m diuera volita: sed p̄ respectū ad vñi & s̄c volūtū, p̄pter diuersā ī eo regta, sicut aliquę homo

nem uult Deus salvare voluntate antecedenterō  
ne humanae nature, quam ad salutē fecit: sed vult  
cum damnari voluntate consequēte, propter pec-  
ata quæ in eo inueniuntur. Quamuis autem res,  
in quam fertur actus voluntatis, sit cum omnibus  
suis conditionibus non tamen oportet quod que-  
libet illarum conditionum que inueniuntur in uo-  
lito, sit ratio mouens voluntatem; sicut uinum nō  
mouet appetitum bibentis, rōne uirtutis inebrian-  
di quam habet: sed ratione dulcedinis, quamvis  
simil utrumque in uno inueniatur.

Ad 111. Dicendum, quod uoluntas diuina est  
immediatum creaturarum principium ordinādo  
attributa diuina per modum intelligendi, secūdū  
quod ad opus applicantur. potentia enim nō exit  
in opus nisi recta per scientiā, & determinata per  
uoluntatem ad aliquid agendum. Et ideo magis  
ordo rerum referunt in uoluntatem diuinam quā  
in potentiam, vel scientiam. Vel dicendum, quod  
ratio voluntatis consistit, ut dictum est, in compa-  
rōne voluntatis ad ipsas res; sed res dicunt esse scita  
vel possibiles alicui agenti, in quantum sunt in ipso  
per modum intelligibili, vel virtuale. Res  
autem secundum quod sunt in Deo, non habent  
ordinem: sed secundum quod sunt in seip̄s. Et  
ideo ordo rerum non attribuitur scientie, vel po-  
tentiae; sed solum uoluntati.

Ad 1111. Dicendum, quod quamvis diuina vo-  
luntas non impeditur, nec immetetur ex aliquo  
ali, tamen secundum ordinem sapiētia fertur in  
aliquid secundum conditionem illius, & sic volu-  
nati diuinae attribuitur aliquid ex parte nostra.

Ad v. Dicendum, quod ratio illa procedit de  
ordine voluntatis ex parte ipsius actus, sic autem  
ibi non est ordo antecedens & consequētis. Et  
similiter dicendum ad sextum.

Ad vii. Dicendum, quod quamvis res posterius  
habeat esse in sua natura, quam in Deo, non tamē  
posteriori cognoscitur a Deo in propria natura q̄  
in seipso: quia hoc ipsum quod Deus essentiam  
suam cognoscit, inuenit res, & prout sunt in seip-  
so, & prout sunt in propria natura.

Ad viii. Dicendum, q̄ in uoluntate Dei ponū-  
tur antecedens & cōsequens ad importandū ordi-  
nem successionis, qui repugnat aeternitatī: sed ad  
denotandū diuersā cōparationem eius ad uolita-

## ARTICVLVS III.

Verum Dei uoluntas dividatur in beneplaciti,  
& signi uoluntatem.

Tertio queritur, utrum voluntas Dei conve-  
niens diuidatur per uoluntatem beneplaci-  
ti, & voluntate signi. Et videtur quod non. Sicut in  
ea, q̄ in creaturis aguntur, sunt signa diuinæ volun-  
taris, ita & scientie & potentie: sed sc̄ia & potētia  
non distinguuntur per potentiam & scientiam, q̄  
sunt essentia Dei & ligna eius. ergo nec uoluntas  
hoc modo distinguui debet per uoluntatem bene-  
placiti, que est diuina essentia, & uoluntatem signi.

¶ 2 Prat. Per hoc quod aliquid Deus vult uolunta-  
te beneplaciti, ostenditur actum diuinae voluntatis  
ferri in illud, ut sic sit Deo placitū, aut ergo illud i  
qd fert voluntas signi, est placitū Deo, aut non si est  
placitū Deo, ergo vult illud voluntate beneplaciti.  
& sic voluntas signi non debet a voluntate benepla-  
citi distinguui: si aut̄ non sit placitū Deo, significat  
aut̄ esse placitū ei per voluntatem signi, ergo signū

A diuinę voluntatis erit falsum, & ita in doctrina ve-  
ritatis talia signa diuinæ voluntatis ponī nō dēnt.  
¶ 3 Prat. Omnis voluntas est in volente: sed quic-  
quid est in Deo, est diuina essentia si ergo uoluntas  
signi Deo attribuitur, erit idem quod diuina essen-  
tia, & sic non distinguitur a voluntate beneplaciti  
nam illa voluntas dicitur esse beneplaciti, que  
est ipsa diuina essentia, vt Magister in 1. Senten. di-  
st̄. 45. dicit.

Diff. 45.

¶ 4 Prat. Quicquid Deus vult, bonum est: sed signū  
uoluntatis debet diuinę voluntati respondere. ergo  
signum uoluntatis non debet esse de malo.  
cū ergo permisio sit de malo & similiter prohi-  
bitio, videtur quod non debent poni signa diuinę  
uoluntatis.

¶ 5 Prat. Sicut inueniuntur bonum & melius, ita ma-  
lum & peius: sed secundum bonum & melius di-  
stinguitur duplex voluntas signi, s̄ præceptum qđ  
est de bono, & consilium quod est de meliori bo-  
no. ergo & similiter respectu mali, & peioris dēnt  
duo signa uoluntatis ponī.

¶ 6 Prat. Voluntas Dei magis inclinatur ad bo-  
num, quam ad malum: sed signum voluntatis qđ  
respicit malum, s̄ permisio, numquam potest im-  
pediri. ergo & præceptum & consilium que sunt  
respectu boni, non deberent impedimentum fu-  
scipere, quod tamen apparet esse falsum.

¶ 7 Prat. Eorum que sc̄iuntur cōsequuntur,  
vnu non debet contra aliud distingui: sed uolū-  
tas beneplaciti & Dei operatio se cōsequuntur; ni-  
hil enim operatur quod non velit voluntate be-  
neplaciti, & nihil vult voluntate beneplaciti in crea-  
turis, quod non operetur secundum illud ps. 113.  
Omnia quæcumque voluit Dominus fecit. ergo  
operatio non debet poni sub voluntate signi, que  
contra voluntatem beneplaciti distinguitur.

R E S P O N S U M . Dicēdū, quod in diuinis est duplex  
modus loquendi, unus secundum propriam locu-  
tionem, quando s̄ Deo attribuimus id, quod sibi  
competit secundum suam naturam: quamvis sem-  
per sibi eminentius comparat, quam a nobis men-  
te concipiatur, vel sermone proferatur, rōne cuius  
nulla nostra locutio de Deo potest esse propria ad  
plenum. Alius mod̄ est s̄ in figuratiōnē, s̄ in tro-  
pica, vel symbolicā locutionem. Quia n. ipse  
Deus secundum qđ in se est, aciem nr̄e mentis ex  
cedit, oportet quod de eo loquamur p ea, q̄ apud  
nos inueniunt, & sic sensibilium nomina Deo at-  
tribuimus, ut cum eum nominamus, vel lucem,  
vel leonem, vel aliquid hmoi. Quarum quidē lo-  
cationum veritas in hoc fundatur, quod nulla  
creatura, ut dicit Dion. 2. c. Cel. Hier. est uniuersa-  
liter boni participatione priuata. Et iō in singulis

Parum a me

die.

creaturis est inuenire alias proprietates repre-  
sentantes quantum ad aliquid diuinam bonitatem:  
& ita nomen in Deum transiūt in qđ res si-  
gnificata per nomen, signū est diuinæ bonitatis.  
Quodcūq; ergo signū loco signati accipitur in di-  
uinis, est modus tropicā locationis. Vt terque aut̄  
istorū modorū loquendi cōcurrat in uoluntate di-  
uina. Inueniē n. in Deo proprie rō uoluntatis, ut Art. 1. huius  
supra dictū est, & sic uoluntas de Deo proprie dī,  
& hæc est uoluntas bñplaciti, qua p antecedē  
& consequētē distinguui, ut dictū est. Quia vero Art. præced.  
uoluntas in nobis h̄c qđā al passionē consequēt;  
iō sicut alia nomina passionū metaphorice dicū-  
tur de deo, ita & nomē uoluntatis, dī aut̄ nomē irē  
de Deo, q̄a in eo inueniēt effectus, q̄ solet ēc irati a-  
pud nos s̄ punitio. Vn̄ ipse punitio, qua punit Dei  
ira

## QVÆS. XXIII. DE VOLUNTATE DEI, IART. III.

**I**ta nominatur. Et simili mō loquendi illa, quæ solent esse signa voluntatis apud nos, Dei uoluntates appellantur. Et pro tanto dī voluntas signi: quæ ipsum signum, quod solet esse voluntatis, volūtas appellatur. Cum autem voluntas possit designari, & secundum quod proponit de agendis, & secundum quod impetum facit ad opus, utroq mō voluntati aliqua signa attribuantur. Secundum enim quod proponit de agendis quantum ad sumam mali, est signum eius prohibito. Quantum autem ad prosecutionem boni est duplex signum voluntatis, nam respectu boni necessarii sine quo non potest voluntas finem suum consequi, est signum voluntatis præceptum. Respectu autē boni utilis, quo facilitor mō & convenientior acquiritur finis, est signum voluntatis consilium. Sed secundum quod voluntas impetum facit ad opus, attribuitur ei duplex signum. Vnum expressum quod est operatio, quod n. quis operatur, indicat se expresse velle. Aliud vero est signum interpretationum s. permisso. Qui enim non prohibet aliqd quod impidere pōt, interpretari vē cōsentire in illud, hoc autem nomen permissionis importat.

**A**d PRIMVM ergo dicendum, qd Deus, quamvis sit omnia potens & omnia sciens, non tamē oīa volens. Et ideo preter signa in creaturis inuenita, quib. ostendit quod est sciens & potens & volens, voluntari assignantur quædam signa, vt ostendatur quid Deus velit & non iolum quod est volens. Vel dicendum quod scientia & potentia nō habent ita adiunctum modum passionis, sicut uoluntas, prout in nobis inuenitur. Et ideo voluntas magis appropinquat ad illa, quæ metaphorice dicuntur de Deo, quam potentia, vel scientia, & tō signa voluntatis magis dicimus voluntatem metaphorice loquendo, quam signa scientie, & potentie, scientiam & potentiam.

**A**d II. Dicendum, qd quamvis Deus non velit omne quod præcipit, vel permittit, vult tamen aliqd circa hoc. Vult enim omnes else debitos eius, quod præcipit & ipotestate nostra esse id qd pmittit, & hanc voluntatem diuinam præceptum & permisso significat. Vel potest dici quod voluntas signi, non pro tanto dī, quia significet Deum velle illud, sed quia id quod solet esse signum voluntatis apud nos, voluntas nominatur, non autē oportet, vt id quod solet esse aliquis rei signum, sit falsum, quando ei non respondet id quod solet significare, nisi tunc tantum quando ad significandum illud adhibetur. Quamvis ergo præcipere in nobis sit signum uolendi illud, non tamen quodcumque præcipit aliqd, vel Deus vel homo, oportet quod significet se velle illud esse. Vñ non sequit, qd sit signum falsum. Et inde est qd in actib. non semper est mendacium, quodcumque aliqua actio agitur per qd solet, aliqd significari, si illud non subsistit in verbo si non subsit illud, qd significat de necessitate, est falsitas; quia s. verba ad hoc sunt instituta, s. sint signa, vnde si non respōdet eis signatum, est ibi falsitas, actiones autē non sunt ad hoc instituta, s. significant: sed vt aliqd per eas fiat; accedit autem quod per eas aliqd significetur. Et ideo non semper est falsitas in eis, si signatum non respondet, sed tunc tantum quādo ad significandum applicantur ab agente.

**A**d III. Dicendum, qd voluntas signi non est in Deo, sed a Deo: est enim aliquis Dei effectus talis, qualis solet apud nos voluntas hominis designari.

**A**d IV. Dicendum, qd uoluntas Dei, quamvis

F nō sit respectu mali ut fieri, est tamē respectu eius, ut impedit prohibendo, vel in potestate nostra constituit permittendo.

**A**d V. Dicendum, quod cum omne, in quod voluntas tendit, habeat ordinem ad finem, qui est rō uolendi omnia, mala autem careant ordine ad finem, omnia mala unum tenent locum sicut res ipsa finis, ita & respectu voluntatis diuinæ, sed bona qua ordinantur in finem secundum diuinum ordinem, quem habent ad finem, diuinum mode ca se habet voluntas, & pr̄ hoc sunt diversa signa de bono & meliori, non autem de malo & peiori.

**A**d VI. Dicendum, quod uoluntas signi non distinguuntur contra voluntatem beneplacitum per hoc quod est impleri, & non impleri. Vnde quamvis uoluntas beneplacitum semper impleat, potest in ad voluntatem signi aliquid pertinere, quod impetratur, vnde ea quæ Deus præcipit, vel cōstat, quae uult voluntate beneplacitum. Distinguunt autem voluntas signi a voluntate beneplacitum, qd unū est ipse Deus, aliud est effectus eius, ut iam dictum est. Es effectum est, quod voluntas signi tribus modis se habet a uoluntatem beneplacitum, quedam enim est uoluntas signi, que nunquam incedit in idem cum uoluntate beneplacitum, sicut permisso quia permittit mala fieri, cum mala fieri nunquam velit. Quedam enim semper in idem incedit, sicut operatio. Quedam uero quandoque incedit, qd H que non, sicut præceptum, prohibitio, & cōditio.

Et per hoc patet solutio ad ultimum.

### ARTICULUS III.

Vtrum Deus de necessitate uult quæcumque.

**Q**uarto queritur, utrum Deus de necessitate vult quicquid uult. Et videtur quod sic. Ob enim æternum est necessarium: sed Deus ab eterno non vult quicquid uult, ergo de necessitate uult, qd quid uult. Sed dicendum, quod velle Dei est necessarium & æternum ex parte uoluntatis, quæ est diuina essentia, & ex parte eius quod est ratio uolenti quod est diuina bonitas, non autem quantum ad respectum uoluntatis ad uolitum.

**¶ 2** Sed contra, Hoc ipsum quod est Deum velle aliquid, importat habitudinem uoluntatis ad uolitum: sed hoc ipsum quod est Deum uelle aliquid, est æternum, ergo ipsa habitudo uoluntatis ad uolitum est æterna, & necessaria. Sed dicendum, qd habitudo ad uolitum est æterna & necessaria, sed dum quod uolitum est in ratione exemplarum: non autem secundum quod est in seipso, sicut in propria natura.

**¶ 3** Sed contra, Secundum hoc aliiquid est uolitum quod ad ipsum refertur uoluntas, si ergo ab eterno non refertur uoluntas Dei ad uolitum, secundum quod est in seipso, sed secundum quod efficit ratione uolendi exemplari, tūc aliiquid temporale, ut pote Petrum labvari, non efficit ab eterno uolitum a Deo, ut s. in propria natura efficit: sed uolitudo ab eterno efficit a Deo uolitum, vt efficit in rationibus æternis, quod patet esse falsum.

**¶ 4** Præt. Quicquid Deus uoluit vel vult, postquam uul illud vel voluit, nō pōt illud non velle, vel nō voluisse: sed qcquid Deus uult, numquā nō voluit, eo quod semp, & ab eterno uoluit quicquid uult, ergo Deus non pōt non uelle quicquid uult, ergo de necessitate uult qcqd uult. Sed dicetur, quod rō ista procedit, secundum qd velle Dei cōsidetur.

tur quantum ad ipsum uolentem, vel actum, vel rationem uolendi, non autem quantum ad habitudinem, qua refertur ad uolitum.

¶ 5 Sed contra. Creare est actus secundum importans respectum ad effectum, connotat enim effectum temporalem: sed ratio ista verificatur de creatione si supponeretur Deum semper creasse, quod quia creauit aliqd, non potest non creasse, ergo de necessitate sequitur secundum quod haber respectum ad uolitum.

¶ 6 Præt. Deo idem est esse quod uelle, sed Deum necesse est esse omne quod est; quia in operi non differt esse & posse secundum Phil. in 3. Phyl., ergo & Deum necesse est uelle omne quod uult. Sed dicendum, quod quamvis uelle & esse sint idem secundum rem, tamen differunt secundum modum significandi: quia uelle significatur per modum actus, qui transit in alterum.

¶ 7 Sed contra. Est etiam Dei quamvis sit idem quod essentia secundum rem, differunt tamē secundum modum significandi: quia esse significat per modum actus, ergo quantum ad hoc non est differentia inter esse & uelle.

¶ 8 Præt. Aeternitas repugnat successioni: sed uelle diuinum aeternitate mensuratur: ergo non potest ibi esse successio: est autem successio si quod ab aeterno uoluit, non uellet; aut si non quod uoluit, uellet, ergo impossibile est cum uelle quod non uoluit, uel non uelle quod uoluit: ergo quicquid uult, de necessitate uult, & quicquid non uult, de necessitate non uult.

¶ 9 Præt. Quicumque uoluit aliqd necessarium impossibile est cum non uoluississe illud: quia quod factum est, non potest non uoluississe: sed in Deo idem est uelle & uoluississe, quia actus voluntatis eius non est nouus sed aeternus. ergo Deus non potest non uelle quod uult, & sic de necessitate uult quod uult. Sed dicendum, quod uult de necessitate, quantum ad rationem uolendi, non autem quantum ad ipsum uolitum.

¶ 10 Sed contra. Ratio uolendi Deo est ipsemet, qui a seipso uult quicquid uult: si ergo seipsum de necessitate uult, & omnia alia de necessitate uellet.

¶ 11 Præt. Ratio uolendi est finis, nisi aut secundum Philos. in 2. Eth. ita se habet in appetitu & operatu sicut principium in demonstratiu; sed in demonstratiu; si principia sunt necessaria, sequitur conclusio necessaria. ergo & in appetitu si aliquis uult finem, uellet ea de necessitate, quae sunt ad finem: & ita si uelle diuinum est necessarium quantum ad rationem uolendi, erit necessarium per comparationem ad uolitum.

¶ 12 Præt. Quicunque potest uelle aliqd & non uelle, potest incipere uelle illud: sed Deus non potest in cipere uelle aliqd, ergo non potest aliqd uelle & non uelle, & ita de necessitate est uult quicquid uult.

¶ 13 Præt. Sicut Dei voluntas importat respectum ad creaturas, ita & potentia & scientia: sed necessarium est Deum posse quicquid potest, & necessarium est eum scire quicquid scit, ergo necessarium est eum uelle quicquid uult.

¶ 14 Præt. Illud quod semper eodem modo se habet, est necessarium: sed respectus diuinæ voluntatis ad uolite semper est eodem modo se habens, ergo est necessarius, & ita uelle diuinum quantum ad habitudinem ad substantiam uoliti est necessarius.

¶ 15 Præt. Si Deus uult Antichristum fore, de necessitate sequitur Antichristum fore, quis Antichristum fore non sit necessarius: hoc autem non esset nisi esset necessarius respectus sive necessaria habitudo di-

A uina voluntatis ad uolitum, ergo ipsum uelle diuinum secundum quod importat respectum voluntatis ad uolitum est necessarium.

¶ 16 Præt. Ordo diuinæ voluntatis ad rationem uolendi est causa ordinis diuinæ voluntatis ad uolitum, voluntas enim in aliquod uolitum fertur pro rationem uolendi, inter utrumque autem ordinem non cadit aliquod contingens medium: potius at causa necessaria sequitur est. Causa necessarij nist intercidat media causa contingens, ergo cum uelle diuinum sit necessarium in ordine ad rationem uolendi, erit necessarium in ordine ad uolitum, & ita Deus de necessitate uult quicquid uult.

SED CONTRA, Voluntas Dei magis est libera, & voluntas nostra: sed voluntas nostra non de necessitate uult, quod uult, ergo nec voluntas Dei.

¶ 17 Præt. Necesse est oppositum gratuitæ uoluntatis: sed Deus uult salutem hominum, ex gratuita voluntate, ergo non uult ex necessitate.

¶ 18 Præt. Cum nihil extrinsecum a Deo possit Deo necessitate iponere, si aliiquid ex necessitate uellet, non uellet illud nisi ex necessitate sua naturæ, ergo idem sequeretur ex hoc quod ponitur Deum agere ex voluntate, & ex hoc quod ponitur ex necessitate naturæ, sed ponentibus Deum agere ex necessitate naturæ, sequitur omnia ab eo facta suis. ergo idem sequitur nobis ponentibus cum ex voluntate omnia facere.

RESPON. Dicendum, quod diuinum uelle necessitate habere ex parte ipsius volentis, & actus indubitate verum est, nam actio Dei est eius essentia, quam continet esse aeternam. Unde hoc in quaestione non ponitur, sed utrum uelle ipsum necessitatem habeat per comparationem ad uolitum, que qui dem comparatio intelligitur, cum dicimus Deum uelle hoc vel illud, hoc non queritur, cum quimus, utrum Deus de necessitate aliquid uelit.

Sciendum est igitur, quod eius cuiuslibet voluntatis est duplex uolitum. Unum quidem principale, & aliud quasi secundarium, principale quidem uolitum est, in quo uoluntas fertur secundum suam naturam, eo quod ipsa voluntas natura quædam est & naturaliter ordinem ad aliiquid habet, hoc autem est, quod naturaliter voluntas uult: sicut humana voluntas naturaliter appetit beatitudinem, & respectu huius uoliti uoluntas necessitatem habet, cum in ipsu tendat per modum naturæ, non potest hoc uelle non esse beatus, aut esse miser. Secundaria vero volita sunt, quæ ad hoc principale uolitum ordinantur sicut in finem. Et ad hec duo volita, hoc modo se habet uoluntas diuersum mode, sicut intellectus ad principia, quæ naturaliter nouit & ad conclusiones quas ex eis elicet. Voluntas igitur diminutum pro principali volito id, quod naturaliter uult, & quod est quasi finis voluntatis suæ, sive ipsa bonitas sua, propter quam uult quicquid aliud a se uult, uult: nam creature propter suam bonitatem, ut Aug. dicit, ut videlicet suabonitas, quæ per essentiam multiplicari non potest, sicutem per quadam similitudinibus participationem diffundatur ad multa. Unde ea, quæ circa creature uult, sunt quasi eius uolita secundaria, quæ propter suam bonitatem uult, ut diuina bonitas sit eius uolitati in uolenti omnia, sicut sua essentia est ei in cognoscendi oportet. Respectu igitur illius principalis uolitatis, quod est sua bonitas, voluntas diuina necessitatem habet, non quidem coactionis, sed naturalis ordinis, quod libertati non repugnat secundum Aug. in 3. de Ciuitate Dei, non potest Deus uelle se non esse bonum, & per consequens se non esse intelligentem,

D. 897.

C. 10. 10. 5.

QVÆS. XXIII. DE VOLVNTATE DEL. ART. III.

ligenrem, uel potentem, vel quodcumque corū, que ratio eius bonitatis includit: sed respectu nullius alterius uoliti necessitatē habet. Cum enim ratio volendi his, quæ sunt ad finem, sit p̄ se finis, secundum hoc quod id, quod est ad finem, comparatur ad finem, s̄m hoc comparatur ad voluntatem. Vnde si quod est ad finem sit quasi fini p̄portionatum hoc modo, s̄m quod finem perfecte ieiudat, & sine eo finis haberi non possit, sicut de necessitate appetitū finis, ita de necessitate appetitur id quod est ad finem, & præcipue a uoluntate, q̄ sapientia regulari exire non potest. Eiusdem n. rationis videtur desiderare vita cōtinuationem, & nutrimenti sumptionem, quo vita conseruatur, & sine quo vita conseruari non potest; sed sicut nullus effectus diuinus potentiam causę adequaret, ita nihil, quod in Deum sicut in finem, ordinatur est fini adequatum, nulla enim creatura perfecte Deo assimilatur, hoc enim est solius uerbi increati. Vnde contingit, quod quantumcumq; nobiliōri modo aliqua creatura pura in Deum ordinetur aliquo modo ei assimilata, possibile sit aliqua aliā creaturam modo & que nobiliō ipsum Deū ordinari, & diuinam bonitatem representare. Vnde patet quod non est necessitas diuinæ uoluntatis ex amore, quem habet ad suam bonitatem qd̄ velit hoc, vel illud circa creaturam, nec inest ei aliqua necessitas respectu totius creaturae, eo quod diuina bonitas in se perfecta est, etiam si nulla crea-  
turā existeret; quia bonorum nostrorum non eget, ut in psal. 15. dicitur. Non enim diuina bonitas est talis finis, qui efficiatur ex his quæ sunt ad finem: sed magis quo efficiuntur & perficiuntur ea, que ad ipsum ordinantur. Vnde Auicen-  
tius dicit quod solius actio Dei est pure liberalis, quia nihil sibi accrescit ex his, quæ vult, uel operatur circa creaturam, patet igitur ex dictis, quod quicquid Deus vult in seipso, de necessitate nult: q̄cqd̄ vult circa creaturā, nō de necessitate vult.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod aliquid dicitur necessarium duplice, uno mō absolute. Alio modo ex suppositione absolute quidem dicitur aliquid necessarium propter necessariam habitudinem adiuicentem terminorum, qui in aliqua p̄positione ponuntur, sicut hominē esse animal, uel omne toro esse maius sua parte, aut aliqua huiusmodi, necessarium uero ex suppositione est qd̄ non est necessarium ex se, sed solummodo posito alio, sicut Socratem eucurrīsce. Socrates enim qd̄ est de se, non se habet magis ad hoc, quam ad huius oppositū, sed acta suppositione, quod eucurrit impossibile est cum nō eucurrīsce. Sic igitur dico, quod Deum uelle aliquid in creaturis, ut propter pertrum saluari, nō est necessarium absolute, eo quod uoluntas diuina non habet ad hoc necessarium ordinem, ut ex dictis patet, sed facta suppositione, quod Deus illud uelit, uel uoluerit, im-  
possibile est eum nō uoluisse uel non uelle, eo qd̄ uoluntas eius immutabilis est. Vnde huiusmodi necessitas apud theologos vocatur necessitas immutabilitatis. Quod aut̄ non sit necessarium absolute Deū uelle, hoc est ex parte uolitatis, qd̄ deficit a p̄fecta p̄portione in fine, ut dictum est. Et qd̄ ad hoc uerificatur responsio prius posita, & eodem mō distinguendū est de eterno, sicut de necessario.

Ad II. Dicendum, quod illa habitudo importata est necessaria & aeterna ex suppositione, non autem absolute, & non solum s̄m quod terminatur ad uolitum, proutest exempla fieri in ratio-

ne uolendi: sed prout est ipsa fieri in p̄pria natura. Vnde tertium concedimus.

Ad III. Dicendum, quod Deum uelle aliqd̄ uel uoluisse postquam uult, uel uoluit, est necessarium ex suppositione, nō autem absolute; sicut & Socratem eucurrīsce, postquam eucurrit, & similiter est de creatione & de quolibet actu diuinitatis, qui terminatur ad aliquid exterius.

Vnde quintum concedimus.

Ad VI. dicendum, quod quamvis ipsum effi-  
tiū sit in se necessarium, non tamen creature ex eunt a Deo per necessitatem: sed per liberam uoluntatem. Et ideo illa quæ important copartitionem Dei ad exitum creaturatum in esse, ut uelle, creare, & h̄m̄di, non sunt necessaria absolute, sicut illa quæ de Deo secundum sc̄p̄lū dicuntur, ut esse bonum, uiuentem, sapientem, & aliam h̄m̄di.

Ad VII. Dicendum, quod esse non dicit actu, ḡ sit operatio transiens in aliqd̄ extrinsecum temporaliter producendum; sed actuū quā primū. Vel eautem dicit actuū s̄m qui est operario, & id ex diuerso modo significandi aliquid attribuit diuinū esse, quod non attribuitur diuinū uelle.

Ad VIII. Dicendum, quod successio non importatur, si dicimus Deū posse uelle aliquid, & nō uelle, nisi intelligatur hoc modo, quod supponit ipsum uelle aliquid, ponatur ipsum posita nō uelle illud: sed hoc exclusitum per hoc, quod ponimus Deum uelle aliquid esse necessarium ex suppositione.

Ad IX. Dicendum, quod Deum uoluisse illud, quod uoluit est ex suppositione, non aprobabile, & similiiter Deum uelle illud, quod uoluit.

Ad X. Dicendum, quod quāvis Deus necessitate uelit se esse: non tamē sequitur quod alia ex necessitate uelit, non enim dicitur aliquid esse necessarium ex conditione finis, nisi quādo et tale, sine quo haberi non potest, ut patet in s. Me-

physic. hoc autem in proposito non accidit. Ad XI. dicendum, quod syllogismi, si principium sit necessarium, non sequitur conclusio ne necessaria, nisi sit necessaria habitat principiū conclusionem. Et ita quantumcumque finis sit necessarius, nisi id quod etiā finem, habeat necessariam habitudinem ad ipsum, ut sine quo finis d̄ se non possit, nulla erit necessitas ex fine in eo qd̄ est ad finem: sicut & si principia possint esse uerae & cōclusione existente falsa propter determinatum necessarium habitudinem, non sequitur ex necessitate principiorum conclusiones necessarias.

Ad XII. Dicendum, quod quicquid p̄t uelle & non uelle, si possit uelle postquam uoluit, & nō uelle postquam uoluit, p̄t incipere uelle s̄m uult p̄t definire uelle & iterum incipere uelle. Si autem mult, potest statim incipere uelle. Sic autem Deus non potest uelle, & non uelle propter immutabilitatem diuinæ uoluntatis, sed potest uelle & non uelle in quantum uoluntas sua non obligatur: tunc est de se ad hoc, quod uelit, unde remanet qd̄ Deum uelle aliquid est necessarium ex supposito neinon autem absolute.

Ad XIII. Dicendum, quod scientia & potentia, qd̄ us importent respectum ad creaturas: tñ p̄tient ad ipsam perfectionē diuinæ scientie, in quantum potest esse nisi per se necessarium. Secundum hoc, n. d̄f aliquid esse sciens, qd̄ res sc̄ta dicitur esse scientie: d̄f autem esse potens ad aliiquid agendum, secundum quod est in actu completo reflectere, ius qd̄ agendum est. Quicquid aut̄ est in Deo, necessari est ei iesse, & qd̄ Deū est actu, necessari est ei esse.

L. 8. met. ca.  
2. a med.

In corp. ar.

In corp.

In corp. art.

actu. Cum uero dicunt Deum uelle aliquid, non significatur illud aliquid inesse Deo: sed tantum importatur ordo ipsius Dei ad illius defensionem in propria natura, & ideo ex hac parte deficit contingens ab solute necessitate, ut dictum est prius.

**A**d xiiii. Dicendum, quod respectus ille semper uno modo se habet propter immutabilitatem diuinæ voluntatis. Vnde ratio non concludit, nisi de necessitate, quæ est ex suppositione.

**A**d xv. Dicendum, quod uoluntas ad volitum habet duplicum respectum: primum quidem hēt ad ipsum in quantum est uolitum; secundum vero habet ad idem, in quantum est producendum in actu per uoluntatem, & hic quidem respectus p̄supponit primum. Primo enī intelligimus uoluntatem uelle aliquid, deinde ex hoc ipso, quod uult illud, intelligimus, quod producat ipsum in rerum natura, si uoluntas sit efficax. Primus ergo respectus diuinæ voluntatis ad uolitum, non est necessarius absolute propter improportionem uolitū ad finem, qui est ratio volendi, ut dictum est. Vnde non est necessarium absolute, quod Deus uult illud. Sed secundus respectus est necessarius p̄ efficaciam diuinæ voluntatis, & ex inde est quod de necessitate sequitur, si Deus uult aliquid voluntate beneplaciti, quod illud fiat.

**A**d xvi. Dicendum, quod quamvis inter illos duos ordinēs, quos obiectio tangit non cadat aliqua causa contingens media: tamen propter defēctum proportionis primi ordinis, non inducit in secundum ordinē necessitatem, ut ex dictis patet.

Quod autem in contrarium obicitur de liberte uoluntatis, iam solutum est per hoc, quod necessitas naturalis ordinis libertati nō repugnat: sed sola necessitas coactionis. alia vero cōcidim⁹.

## ARTICVLVS V.

Vtrum diuina uoluntas rebus uolitis necessitatem imponat.

**Q**VINTO queritur, utrum diuina uoluntas rebus uolitis necessitatem imponat. Et uidetur quod sic. Posita enim causa sufficiens, necesse est effectum ponit, quod sic probat. Aut in sua Mēta, si enim posita causa non necessario effectus ponit, ergo adhuc post positionem causæ effectus se habet ad utrumque. sed, esse & nō esse: sed quod est impotencia ad duo non determinatur ad unum eorum, nisi sit aliquid determinans. ergo post positionem causæ adhuc oportet ponere aliquid quod faciat effectum esse: & ita causa illa nō erat sufficiens, & ita oportet quod ea posita, necessarium sit effectū ponit, diuina autē uoluntas sufficiens causa est, & nō est causa cōtingens, sed necessaria. ergo res uolite a Deo sunt necessariæ. Sed dicendum, quod ex causa necessaria sequitur quandoq; effectus cōtingens p̄ cōtingentiam mediae causæ, sicut ex maiori p̄ positione de necessario, propter assumptionem de contingenti, sequitur conclusio contingens.

**S**ed contra, Quandocumque ex causa necessaria sequitur effectus contingens p̄ cōtingentiam causæ secundum, hoc prouenit ex defectu causæ secundum, sicut florit arborū est contingens, & nō necessaria propter defectum uirtutis pullulatiæ, q̄ pot accidere quæ est causa media, quamvis motus solis qui est causa prima, sit cā necessaria: sed omnem defectum cā secunda p̄ diuina uoluntas removere, & omne impedimentum. ergo

**A** contingentia causæ secundæ non impedit, quia effectus sit necessarius propter necessitatem voluntatis diuinae.

**P**ro. Quando effectus est contingens propter contingentiam causæ secundæ, prima causa necessaria existente, non esse effectus potest simul stare cum esse primæ causæ: sicut arborem non florere in aere potest stare cum motu solis; sed eius non est, quod est uolitum a Deo, non potest stare cum diuina uoluntate. Hec n. duo sunt incompatibilia, quod Deus uult aliquid esse & illud non sit. ergo contingentia causarum secundarum nō impedit, quin uolita a Deo sint necessaria p̄ necessitatem diuinæ uoluntatis. Sed dicendum, quod non esse effectus, quamvis non possit stare cum uoluntate diuina: tamen quia causa secunda potest deficere, ipse effectus est contingens.

**N**on. Sed contra, Effectus non deficit nisi causa secunda deficiente; sed non potest esse, quod causa secunda deficit uoluntate diuina existente. sic n. simul est diuina uoluntas, & non esse eius quod est uolitum a Deo, quod patet esse falsum. ergo contingentia causarum secundarum non impedit, quia effectus diuinæ uoluntatis sit necessarius.

**S**ED CONTRA, omnia bona sunt Deo uolente. si ergo uoluntas diuina necessitatem rebus imponit, omnia bona, quæ sunt in mundo, erunt ex necessitate: & ita tolletur liberum arbitrium, & aliquæ causæ contingentes.

**R**ESPON. Dicendum, quod uoluntas diuina nō imponit necessitatem rebus omnib. Cuius qđam ratio assignatur a quibusdā ex hoc, quod cum uoluntas sit rerum omnium prima causa producit quosdam effectus medianib. causis secundis, quæ contingentes sunt & deficere possunt; & ideo effectus contingentiam causæ proxime sequitur, non autem necessitatem causæ primæ. Sed hoc uſt esse consonum his, qui ponebant Deo omnia procedere secundum necessitatem naturæ, ut quod ab uno simplici procedebat in immediate vnum habēs aliquam multitudinem, & illo mediante procebat multitudinem. Similiter ab uno omnino immobili dicunt procedere aliquid, quod est immobile secundum substantiam, mobile autem & aliter se habēs secundum simum, quo mediante generatio, & corruptio in istis inferioribus accidit, secundum quā uiam non posset ponit a Deo immediate causari multitudinem, & illo mediante procebat multitudinem. Similiter ab uno omnino immobili dicunt procedere aliquid, quod est immobile secundum substantiam, mobile autem & aliter se habēs secundum simum, quo mediante generatio, & corruptio in istis inferioribus accidit, secundum quā uiam non posset ponit a Deo immediate causari multitudinem, & illo mediante procebat multitudinem.

**E**t hoc oportet aliis principiis rōne affigare contingēt in reb. cui causa praeassignata subseruat. Oportet enim patiens assimilari agenti, & si agens sit fortissimum, erit similitudo effectus ad causam agentem perfecta: si autē agens sit debile, erit similitudo imperfecta: sicut p̄ fortitudinem uirtutis formatu in semine filius assimilat patri, non solit in natura speciei, sed in multis aliis accidentibus: & contrario uero p̄ debilitatem predictæ uirtutis annihilatur p̄dicta assimilatio, ut d̄ in lib. de Animalibus. Voluntas autem diuina est agens fortissimum. Vñ oportet eius effectū ei omnib. modis assimilari, ut non soluit fiat id qđ Deū uult fieri, quod est quasi assimilari in speciem, sed ut fiat eo modo, quo Deus uult illud fieri, ut necessatio, uel contingenter, cito uel tarde, qđ est quasi quedam assimilatio secundū accidentia. Et hunc quidem modum reb. diuina voluntas prefigit

QVÆS. XXIII. DE VOLVNTATE DEI, ART. VI.

git ex ordine suæ sapientiæ. Secundum autem quod disponit alias res sicut fieri, adaptat eis causas illi modo, quem disponit. Quem tamē modum possit rebus inducere etiam illis causis non medianibus. Et sic non dicimus, quod aliqui diuinorum effectuum sint contingentes solummodo propter contingentiam causarum secundarum, sed magis propter dispositionem diuinæ voluntatis, que talem ordinem rebus proridit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa sequitur in causis agentibus de necessitate nature, & quantum ad effectus immediatos: sed in causis voluntariis non sequitur: quia ex voluntate sequitur aliquid eo modo, quo voluntas disponit, & non eo modo quo voluntas habet esse, sicut accidit in causis naturalibus in quibus attenditur assimilatio quantum ad eandem conditionem causæ, & causati, cum tamen in causis voluntariis attendatur al similatio secundum quod in effectu impletur voluntas agentis, ut dictum est, nec etiam in causis naturalibus sequitur quantum ad effectus mediatos.

AD II. Dicendum, quod quamvis Deus possit removere omne impedimentum causæ secundum cum uoluerit, non tamen semper removere vult. Et sic remanet contingencia in causa secunda, & per consequens in effectu.

AD III. dicendum, quod quamvis non esse effectus diuinæ voluntatis, non possit simul stare cum diuina voluntate, tamen potest deficiendi effectum simul stat cum diuina voluntate, nō. n. sunt ista incompatibilia. Deus vult istum salvare, & iste potest damnari: sed ista sunt inco possibilia. Deus vult istum salvare, & iste damnatur.

Enam similiter dicendum est ad quartum, de effectu causæ mediae.

ARTICVLVS VI.

Vtrum iustitia in rebus creatis ex simplici diuina voluntate dependeat.

S. p. q. 21. 2r.  
2. ad 3.  
**S**exto queritur, utrum iustitia in rebus creatis dependeat ex simplici diuina voluntate. Et videtur quod sic. Ansel. enim dicit in Monologion. Id solum iustum est, quod uis. ergo iustitia dependet solum ex Dei voluntate.

In prelogo  
c. 1. in de.  
**T**er Præt. Secundum hoc aliquid est iustum quod concordat legi, sed lex non vult aliud quam explicatio voluntatis principis: quia quod principi placet, legis hæc uigore vult dicere Legislator. cū igitur princeps rerum omnium sit diuina voluntas, videtur quod ex ipsa sola dependeat omnis ratio iustitiae. **T**er Præt. Iustitia politica que est in rebus humanis, exemplatur a iustitia naturali, quæ cōsilit in hoc, quod qualibet res suam implet naturam: sed unaquaque res participat ordinem sua naturæ ppter diuinam voluntatem. dicit. n. Hilarius in libri. Symbolo, quod omnibus creaturis essentiam, Dei voluntas attulit, ergo omnis iustitia dependet solummodo ex Dei voluntate.

**T**er Præt. Iustitia cum sit rectitudine quedam, dependet ex imitatione alterius regulae, regula autem effectus est debita causa eius, cum igitur potissimum omnium rerum causa sit diuina voluntas, vñ quod ipsa sit prima regula ex qua unumquodque iustum judicetur. **T**er Præt. Voluntas Dei non potest esse nisi iusta; si ergo ex aliquo alio dependeret, non iustitia quam ex diuinâ voluntate, illud restingeret, & quodammodo ligaret diuinam voluntatem, quod est impossibile. **T**er Præt. Ois voluntas que est iusta aliqua alia ratione quam se ipsa ita se habet, quod eius ratio debet queri: sed voluntatis Dei causa querenda non est, ut

F August. dicit in lib. 83. Quæstio, ergo ex nullo alio dependet ratio iustitiae nisi ex diuina voluntate. **S**ED CONTRA, Opera iustitiae ab operibus mediis distinguuntur; sed opera diuina uoluntatis dependent ab eius voluntate ergo aliud auct. exigitur ad rationem iustitiae, quæ sola Dei voluntas. **T**er Præt. Secundum Ansel. in lib. de Veritate, iustitia est rectitudine voluntatis: sed rectitudine voluntatis est aliud a voluntate, in nobis quidem secundum rem, cum voluntas nostra possit esse recta & non recta, in Deo autem saltem ratione sine facultate modum intelligendi. ergo ratio iustitiae non dependet solum ex diuina voluntate.

**R**ESPON. Dicendum, quod cum iustitia rectitudine quædam sit, ut dicit Ansel. in lib. de Quæstio Philos. oportet quod ex hoc primo dependat ratione iustitiae, ubi primo inuenitur ratio regula, secundum quam aequalitas & rectitudine iustitiae constituitur in rebus. Voluntas autem non habet ratione primæ regulæ, sed est regula recta: dirigitur a proportionem & intellectum non solum in nobis, sed in Deo, quamvis in nobis sit aliud inter lectorum voluntas secundum rem, & per hoc nec idem voluntas & rectitudine voluntas. In Deo autem est idem secundum rem intellectus, & voluntas, & propter hoc est idem rectitudine voluntas & voluntas. Et ideo primum ex quo pedit ratio omnibus iustitiae, est sapientia diuini intellectus, quæ ratio constituit in debita proportione, & ad hanc & ad suam causam. In qua quidem proportione, ratio iustitiae creatae constituitur: dicere autem quod ex simplici voluntate dependeat iustitia, est direcere, quod diuina voluntas non procedat secundum ordinem sapientie, quod est blasphemus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nulli potest esse iustum nisi uoluit a Deo, tamen id quod est voluntas a Deo habet prius causam iustitiae, in ordine sapientiae diuinae.

AD II. dicendum, quod voluntas principis, sed habeat uim legis in cogendo ex hoc ipso quod voluntas est, non tamen habet rationem iustitiae, nisi ex hoc quod uititur ratione.

AD III. dicendum, quod Deus operatur in rebus naturalibus dupliciter: primo institutus ipsa natura: secundum prouides unicuique rei, quod competit suæ naturæ. Et quia ratio iustitiae debet requirere, ideo cum ipsas creaturas inservi, non est aliquo modo debitum, sed voluntarium, prima operatio non habet rationem iustitiae: sed dependet ex simplici voluntate diuina, nisi forte dicatur iustitia rationem habere propter ordinem ipsius rei factæ ad voluntatem, debitum enim efficiere quod Deus uult, ex hoc ipso quod Deus illud uult, sed ad hunc ordinem implementum sapientia dirigit, quasi prima regula. Sed in secunda operatione inuenitur ratio debitum non ex parte agentis, cum Deus nulli sit debitor, sed ex parte recipientis: debitum enim est unicuique rei naturali, ut habeat ea, quæ exigit sua naturam in essentiâlibus, quæ in accidentiâlibus. hoc autem debitum ex diuina sapientia dependet, inquantum scilicet res naturæ debet esse talis quod impletur propriam idem, quæ est in mente diuina. Et per hunc modum inuenitur ipsa diuina sapientia, prima regula iustitiae naturalis. In omnibus autem diuinis operationibus Deus creature aliquid supra debitum naturæ impedit, utpote in numeribus gratiarum, idem modus iustitiae inuenitur quin in prima operatione est assignatus, quæ naturas instituit.

**A**d iiii. Dicendum, quod uoluntas diuina secundum modum intelligendi præsupponit sapientiam, que primo habet regulæ rationem.

**A**d v. Dicendum, quod cum in Deo intellectus & uoluntas non differant secundum re, uoluntas per hoc quod ab intellectu dirigitur & ad aliquid definitur, nos ab aliquo alio restringitur; sed mouetur secundum suam naturam, cu[m] naturale sit illi voluntati, ut semper secundum ordinem sapientie agat.

**A**d vi. Dicendum, quod uoluntatis diuina ex parte uolentis non potest esse aliqua causa que sit aliud ab ipsa uoluntate existens ei[us] rō uolendi: nā uoluntas sapientia & bonitas secundum rem sūt idem in Deo: sed ex parte uolenti diuina uoluntas habet aliquam rationem, que scilicet est ratio uolentis non uolentis, secundum quod ipsum volitum ordinatur ex debito vel ex cōgruo ad aliquid. Qui quidem ordo ad diuinam sapientiam pertinet, vnde ipsa est prima radix iustitiae.

## ARTICVLVS VII.

Vtrum uoluntatem nostram diuina teneamus conformare uoluntati.

**S**epimo queritur, utrum teneamus uoluntatem nostram conformare uoluntati diuina. Et vñ quid nō. Nullus enim tenetur ad impossibile: sed impossibile est nobis nostram uoluntatem conformare diuina; cum diuina uoluntas sit nobis ignota. ergo non tenetur ad conformitatem predictā.

**P**ropter. Quicumque non facit hoc ad quod tenetur, peccat. si ergo tenetur ad conformandam uoluntatem nostram diuina, non conformando ipsam peccamus: sed quicumque peccat mortaliter, in hoc, in quo peccat, non conformat suam uoluntatem diuine. ergo ex hoc ipso peccat: peccat autem aliquo alio speciali peccato, utpote qd furatur, vel fornicari. ergo quicumq[ue] peccat, duo peccata committit, quod uidetur esse absurdum. sed diceretur quod præceptum de conformitate uoluntatis nostræ ad diuinam, cum sit affirmatiū quamus semper obliget, non tamen obligat ad semper, & sic non oportet quod quandocumque non conformat, peccet.

**P**ropter. Sed contra, Quamvis aliquis non seruans p[re]ceptum affirmatiū non peccet in quolibet inflati, quo non seruat: peccat in qnūcumque contrarium agit: sicut peccat aliquis qnūcumque inhonoret parentes, licet non semper peccat, qnū non actu honorat: sed ille qui peccat mortaliter, agit contrarium conformitatē predictā. ergo ex hoc ipso peccat.

**P**ropter. Quicumque non seruat hoc ad quod tenetur, est transgressor: sed ille qui peccat uenialiter, non conformat uoluntatem suam uoluntati diuinæ. si ergo ad conformandam tenetur, erit transgressor, & ita peccabit mortaliter. Sed diceretur, quod non tenetur pro illo instanti conformare, quo venialiter peccat: quia a p[re]cepta affirmatiū non obligant ad semper.

**P**ropter. Sed contra, Quicumque non seruat præceptū affirmatiū loco & tempore pro quo obligat, transgressor iudicatur: sed tempus conformandi uoluntatem nostram uoluntati diuina nō ut posse aliud determinare, nisi hoc quando uoluntas exit in actu. ergo qnūcumq[ue] uoluntas in actu exit, nisi conformetur diuina uoluntati, vñ esse peccatum, & ita quādo aliquis venialiter peccat, uidetur esse peccatum mortale.

**P**ropter. Nullus ad impossibile tenet: sed obstinatio non p[re]ter sua uoluntati cōformare diuine. ergo ad hāc cōformitatē nō tenet, ita nec alii alias ob-

stinati de sua obstinatione commodū reportarē.

**P**ropter. Cum Deus quicquid vult ex charitate velit, ipse n[on] est charitas, sed tenetur nostram uoluntatem conformare diuina, tenetur charitatem habere: sed non habens charitatem non potest ea consequi, nisi ad eam se prepareret diligenter. ergo non habens charitatem tenetur se cōtinuare ad habendam charitatem preparare, & ita in quolibet instanti, quo non habet charitatem, peccat, cum hoc ex defectu preparationis proveniat.

**P**ropter. Cum forma actus præcipue in modo agentis consilii, si ad conformitatem diuina uoluntatis tenetur, oportet ut eodem modo aliquid velimus quo Deus vult; modum autem diuinae voluntatis p[ro]pterea aliquis aliqualiter imitari, & dilectione naturali, & dilectione gratuita, non autem potest in dilectionem naturaliem attendi conformitas de qua loquimur: quia hoc modo conformant uoluntatem suam diuina infideles, & peccatores, dum in eis naturalis dilectio boni viget: similiter non potest attendi quantum ad dilectionem gratuitā, que est charitas. Sic enim tenetur velice quicquid voluntatis ex charitate, quod est contra opinionē multorum, qui dicunt quod modus non cadit in præcepto. ergo uidetur quod non teneamus ad conformandam nostram uoluntatem diuina.

**P**ropter. Quantum distat Deus ab homine, tanto uoluntas Dei ab hominis uoluntate, vt dicit glossa super illud p[ro]p[ter]a 32. Rectos decet collaudatio, sed Deus tñ distat ab homine quod h[oc] non potest ei conformari, cum n[on] homo a Deo in infinitum distet, nulla potest esse ipsius ad Deum p[ro]portio. ergo nec uoluntas hominis diuina uoluntati conformari poterit.

**P**ropter. Illa dicuntur esse conformia, quæ in aliis una forma conueniunt. Si ergo uoluntas nostra diuina conformari potest, oportet quod sit aliqua una forma in qua utraq[ue] uoluntas conueniat, & sic esset aliqd simplicius diuina uoluntate quod est impossibile.

**P**ropter. Conformatio est relatio æquiparantia, sed in talib[us] relationib[us] utrumque extremorum ad alterum referat eadē relationē, sicut d[icitur] amicus amico amicus, & frater fratri frater. si ergo uoluntas nostra potest conformari diuina, vt sic ad conformitatem predictam teneamus, & uoluntas diuina n[on] poterit conformari, quod uidetur inconveniens.

**P**ropter. Illa cadunt in p[re]cepto, & ad ea tenetur, quæ possumus facere, & non facere; sed non possumus facere, quin nostram uoluntatem conformemus diuina; quia sicut dicit Avicenna, sicut quod est intra corpus sphericum quo magis ab una parte circumstantie se clōgat, eo magis ad alteram appropinquit, ita quod ex una parte a Dei uoluntate distedit, ex alia parte diuinam volitatem implet. ergo non tenetur ad conformitatem predictam, sicut tenetur ad ea quæ cadunt sub p[re]cepto.

**S**ED CONTRA est, quod super illud p[ro]p[ter]a 32. Rectos decet collaudatio, dicit gl. recti sunt qui dirigit cor suum secundum uoluntatem Dei: sed quilibet tenet esse rectius. ergo quilibet tenetur ad conformitatem predictam.

**P**ropter. Vnumquodq[ue] debet sive regulæ conformari: sed uoluntas diuina nostræ uoluntatis est regula, cum in Deo primo rectitudo uoluntatis inueniatur. ergo uoluntas nostra debet diuina uoluntati conformari.

**R**ESPON. Dicendum, quod quilibet tenet suā uoluntatem conformare diuina. Cuius rō ex hoc accipi potest, quod in quolibet genere est unū prius, quod est mensura oīum, quæ sunt in illo generē.

QVÆS. XXIII. DE VOLVNTATE DEL, ART. VII.

Tex. i. & se.  
que scribus

nere, in quo perfectissime natura generis inuenitur: sicut natura coloris in albedine, quæ pro tanto mensura omnium colorum dicitur, quia de uno quoque colore cognoscitur, quantum participet de natura generis ex propinquitate ad albedinem vel ex remotione ab ipsa, ut dicitur in 10. Meta. Et per hunc modum ipse Deus est mensura omnium en-  
trum, ut ex verbis Com. ibidem haberi potest. Tantum n. vnumquodque habet de esse, quæntum ei per similitudinem appropinquat: secundum vero quod ei dissimile inuenitur, ad non esse accedit, & sic de omnib. quæ in Deo & creaturis pariter inueniuntur, dici oportet. unde & intellectus eius, omnis cognitionis est mensura, & bonitas omnis bonitatis, & ut specialius loquar, bona voluntas omnis bona voluntatis. Ex hoc ergo unaquæque voluntas bona est, quod diuinæ voluntati conformatur. unde cum quilibet teneatur ad habendam bonam voluntatem, tenetur pariter ad habendam voluntatem diuinæ voluntati conformem. Sed sciendum, quod ista conformitas multipliciter attendi potest. Loquimur enīt hic de voluntate, quæ est actus, conformitas enim nostri ad Deum secundum potentiam voluntatis est naturalis, ad imaginem pertinens unde sub praecerto non cadit. Actus uero diuinæ voluntatis non solum hoc haber, quod sit voluntatis actus: sed simul haber, quod sit causa omnium, quæ sunt actus. Ergo actus n. diuinæ voluntatis conformari potest, uel sicut effectus causæ, uel sicut voluntas voluntati. Conformitas autem effectus ad causam aliter inuenitur in naturalibus, & in uoluntariis causis. In naturalibus n. causis attendit conformitas secundum similitudinem naturæ, sicut quod homo generat hominem & ignis ignem: sed in voluntariis dicitur effectus cause conformari ex hoc, quod in effectu impletur sua causa, sicut artificiatum assimilatur suæ causa, non quod sit eiusdem naturæ cum arte, quæ est in mente artificis: sed quia forma artis in artificiato impletur: & similiter conformatur voluntati effectus eius, quando hoc sit quod voluntatis dispositus. Et ita ex hoc actus nostræ voluntatis diuinæ voluntati conformatur, quod uolumus id quod Deus uult nos uelle. Voluntatis vero ad voluntatem f. in actu conformitas pōt attendi dupliciter, uno modo quia si f. in formam speciei, ut hō similatur homini; alio modo secundū formā superinductā, sicut sapiens sapienti similatur, & dico assimilari f. in speciem, quando est conuenientia in obiecto, a quo actus speciem trahit, sed in obiecto voluntatis duo sūt consideranda, unū quod est quasi materiale, scilicet ipsa res volita: aliud quod est quasi formale, scilicet ratio uolendi, quæ est finis: sicut in obiecto uisus color est quasi materiale, lux uero quasi formale, quia per eam efficiuntur color uisibilis in actu. & sic ex parte obiecti duplex conformitas inueniri potest. Vna ex parte uolenti, ut qn. hō uult aliquid quod Deus uult, & hoc est quasi secundū cām materiale, obiectū. n. est quasi materia actus, uero est minima interalias. Alia ex parte rōnis uolēdi, sive ex parte finis, ut cum alijs pp. hoc uult aliiquid pp. quod Deus, & hæc conformitas est f. in cām finali: forma uero superuenientia actu est modus, quæ consequitur exhibitu elicente. Et sic voluntas nostra dicitur conformis esse diuinæ, qn. aliquis uult aliqd ex charitate sicut Deus, & hoc est quasi f. in cām formale.

Ad pri. MVM ergo dicendum, quod voluntas Dei plenarie nobis nota esse nō potest. uero nec plenarie voluntatem nostram eius voluntati possumus conformare: sed secundum quod cognoscimus, conformare possumus & tenemus.

Ad ii. Dicendum, quod vno actu homo non committit duo peccata, cum ipsa conscientia peccati actus: sed tamen in uno actu possunt esse duæ peccati deformitates, & hoc quādum actu alicuius peccati specialis superuenit aliqua circumstantia, quæ transfert eum in alterius peccati deformitatem, ut cum quis aliqua rapit, ut in meretricies expedit, actus rapine accipit deformitatem luxuria & circumstantia pp. quid. Quando uero aliquid ad deformitatem pertinens inueniuntur in actu aliquis peccati, præter specialem deformitatem illius peccati, quod quidem si omni peccato cōc. per hoc nec peccatum geminatur, neque peccati deformitas, co quod huiusmodi que communiter in omnibus peccatis inueniuntur, sunt quasi principia essentialia peccati inquantum est peccatum, & induuntur in deformitatem cuiuslibet specialis peccati, sicut principia generis in ratione speciei, & id non ponunt in numerum cōtra specialem deformitatem peccati, sicut hoc quod est auctor Deo, non obediens diuina legi &c. huiusmodi, inter quæ computari debet defectus cōformatiatus de quo quimir, unde nō oportet, quod talis defectus peccatum geminet, uel peccati deformitatem.

Ad iii. dicendum, quod quis faciens contrarium deformitati ex hoc ipso peccat in eadem & generali, nō ponit in numerum contrafactual.

Ad iiii. dicendum, quod ille qui peccatum uolenter, quamvis non cōformat actu suam voluntatem diuinæ, conformat in habitu, nec tenetur in semper in actu exeat: sed pro loco & tempore tamen, ut nonquam contrarium agat, peccatum uenialiter non agit contra conformitatē predictam, sed præter eam: unde non sequitur quod peccet mortaliter.

Ad v. dicendum, quod non pro omni tempore, quo voluntas nostra in actu exat, obligat spectrum de conformitate voluntatis, sed pro illo tempore quo quis tenetur de statu suu cogitare, sicut quando tenetur confiteri, vel sacramentum accipere, uel aliquid huiusmodi facere.

Ad vi. Dicendum, quod aliquis dicit obstatu dupliciter. Uno modo simpliciter, qn. hō voluntatem irreversibile malo adhaerentem, & sic sunt obstatu illi, qui sunt in inferno, non aut aliquis in hac uita existens. Illi autem qui sunt in inferno adhuc tenentur ad cōformatitatem, de qua agimus, ad quam quamvis paenitentia nō possint, qn. in huius impotenti sibi causa extiterunt, uero non conformato peccant, quamvis forte non debeat restringi, eo quod nō sunt uiatores. Alio modo alii qui obstatu secundum quid, qn. hō voluntatem adhaerentem malo, non quidem omnino reversibilem, sed per difficultatem, p. quē modi aliqui dicuntur obstatu in hac uita. Et tales possunt voluntatem suam conformare diuinæ, unde nō possunt peccant non cōformato, sed etiam demerentur.

Ad vii. Dicendum, quod quilibet teneat quantum in se est ad charitatem habendum, & si non facit quod in se est, peccat peccato omissionis, non tamen oportet quod in quilibet instanti, in quo non facit, peccet, sed tunc in quanto facere cōc. batur, utpote cum ei necessitas imminet, liquet faciendo, quod sine charitate fieri non potest, ut illud

accipere.

Ad viii. Dicendum, qd. dupliciter ad aliqd factum

mur. Vno modo sic, quod si non faciamus, pena incurremus, quod est proprie ad aliquid teneri. Et sic secundum communiorum opinionem, non tenemur ad faciendum aliquid ex charitate; sed ad faciendum aliquid ex dilectione naturali, sine qua ad minus quicquid fit, male sit. Et dico dilectionem naturalem non solum illam, qua est nobis naturaliter indita, & est omnibus communis, ut quod omnes beatitudinem appetit: sed illam ad quam aliquis per principia naturalia pertinere potest, q̄ inuenitur in bonis ex genere, & in iuribus politicis. Alio modo dicimus ad aliquid teneri; quia sine hoc non possumus finem beatitudinis consequi. Et sic tenemur, ut aliquid ex charitate facimus, sine qua nihil potest esse, eternus uite meritorium. Et sic paret quomodo modus charitatis aliquo modo cadit sub precepto, & ali quo modo non.

AD IX. Dicendum, quod homo conformatur Deo, cum sit ad imaginem & similitudinem Dei factus. Quamvis autem propter hoc, quod a Deo in infinitum distat, non possit esse ipsius ad Deum proportio, secundum quod proportio proprie in quantitatibus inuenitur comprehendens duarū quantitatū adiuicent comparatarum certam mensuram: secundum tamen quod nomen proportionis translatum est ad quamlibet habitudinem significandam unius rei ad rem aliam, utpote cū dicimus hic esse proportionum similitudinem, si cut se habet princeps ad ciuitatem, ita gubernatur ad hanc, nihil prohibet dicere aliquam proportionem hominis ad Deum, cum in aliqua habitu dñe ad ipsum se habeat, utpote ab eo effectus, & ei subiectus. Vel potest dici, quod finiti ad infinitum quamvis non possit esse propriæ accepta, tamē potest esse proportionalitas, quæ est duarū proportionum similitudo: dicimus nam quatuor esse proportionata: duabus: quia sunt eorum dupla, scilicet quatuor proportionabilia: quia sicut se habent sex ad tria, ita quatuor ad duo. Similiter finitum & infinitum, quamvis non possit esse proportionalata, possunt tamen esse proportionabilia: quia sicut infinitum est equale infinito, ita finitū finito. Et per hunc modū est similitudo inter creaturam & Deū: quia sicut se habet ad ea, quæ ei co-pertinet, ita creatura ad sua propria.

AD X. Dicendum, quod creatura non dñe conformari Deo, quasi participantem eandem formam quam ipse participat: sed quia Deus est substantia littera ipsa forma, cuius creatura per quādam imitationem est participativa: sicut si ignis similaretur calor per se separato existens.

AD XI. Dicendum, quod similitudo & conformitas, quamvis sint relationes aequivalentes, non tamen semper utrumque extremonum denominatur in respectu ad alterum: sed tunc tamen quando forma secundum quam attenditur similitudo, uel conformitas eadem ratione in utroque extremonum existit, sicut albedo in duobus hominibus, co quod uterque conuenienter potest dici alterius formam h̄c, quod significatur cum aliquid simile alteri dñe: sed quando forma est in uno principi liter, in altero vero quasi secundario, non recipit similitudinis reciprocatio, sicut dicimus statuam Herculis simile Herculi, sed non econuerio: non potest dici, quod Hercules habeat formam statuæ: sed solum quod statua habeat Herculis formam. Et plū modū creature dicunt esse Deo similes & conformes, non tamen econtra: sed conformatio cum sit motus ad conformitatem, non importat exceptio-

A tia relationem: sed presupponit aliquid ad cuius conformitatem alterum moueat: unde posteriora priorib. conformantur: sed non econuerio.

AD XII. Dicendum, quod verbum Anfeli est intelligendum non pro tanto, quod homo semper faciat voluntatem, quantum in ipso est: sed quia diuina voluntas semper de eo impletur, vel eo volente, vel eo non.

## ARTICVLVS VIII.

Vtrum teneamus voluntatem nostram voluntati diuinæ conformare in uolito?

B **O**ctauo queritur, utrum teneamus conformata uolūtatem nostram voluntati diuina in volito, vt teneamus uelle hoc, quod scimus Deū velle. Et videtur quod non. Paulus n. cupiebat disfoui & esse cum Christo, ut dñ Philip. primo: hoc autem Deus non uolebat. unde ibidem subditur, scio quod maneo propter uos, si ergo teneamus hoc uelle, quod Deus uult, Paulus cupiēs dissolni, & esse cum Christo, peccabat, quod est absurdum. ¶ 2 Præt. Quod Deus scit, potest alteri renclare: scit autem Deus aliquem esse reprobatum, potest ergo alicui suā reprobationem reuelare. Si ergo ponatur alicui reuelare, sequitur quod ille teneatur uelle suā damnationem, si tenemur nelle hoc quod scimus, Deum uelle: uelle autem suā damnationem est contrarium charitati, per quam qui libet se diligit ad uitam aeternam, ergo teneret alii quis uelle contra charitatem, qd est inconveniens.

¶ 3 Præt. Prælatu sicut Deo obediens, cū ei uice Dei obediamus: sed non tenetur subditus facere aut uelle, quicquid scit prælatu uelle, si sciat prælatu uelle, quod ipse faciat, nisi hoc expresse ei præcipiat, ergo non tenemur uelle quicquid Deus scit, uel quicquid Deus uult nos uelle.

¶ 4 Præt. Quicquid est laudabile & honestum in Christo, perfectissime, ac sine omni contraria per missione inuenitur: sed Christus aliqua voluntate uolui contrarium eius quod scivit Deum uelle, uoluit enim aliqua voluntate non pati, ut ostendit oratio qua orauit Matt. 26. Pater si fieri potest transeat a me calix iste, cum tamen Deus ueller cū pati, ergo uelle quicquid Deus uult, non est laudabile, necad hoc tenemur.

¶ 5 Præt. Aug. in li. de Ci. Dei dicit, tristitia est dc his, quæ nobis nolentibus accidunt: sed Beata virgo dolorem sentit de filii morte, quæ significant uerba Simeonis dicens Luc. 2. tuam ipsius animam perfringebit gladius, ergo Beata Virgo nolebat Christum pati: Deus autem hoc uolebat. si ergo teneamus uelle id qd dñe uult, Beata Virgo i hoc peccauit, quod est inconveniens, & ita vir, quod non teneatur uel conformare voluntatem nostram diuinæ in volito.

E SED CONTRA. Super illud ps. 100. Non adhæsit mihi corporuum, dicit glossa, cor tortum, h̄c qui non uult quæcumque Deus uult: sed quilibet tenetur cordis tortitudo in uirare, ergo quilibet tenetur uelle quod Deus uult.

¶ 2 Præt. Secundum Tullium, amicorum est idem uelle, & idem nolle: sed quilibet tenetur habere amicitiam ad Deū: ergo quilibet tenetur uelle hoc quod Deus uult, & non uelle quod non uult.

¶ 3 Præt. Propter hoc debemus voluntatem nostram diuinæ conformare: quia uoluntas Dei regula est nostræ uoluntatis, vt dicit gl. sive illud pf. 32. Regulos docet collaudatio: sed uolūt diuinū est regula oīs alteri uoliti, cū sit primū uolūt, & primū in Quæst. dñi S. Tho. KKK quilibet

Lib. 14. e. 6. in  
med. tom. 5.

Glossa interliniata  
nearis ibi.

L. de Amici  
ria paulo an  
te med.

Colliguntur ex gl. or  
din. ibi.

QVÆS. XXIII. DE VOLVNTATE DEI, ART. VIII.

quolibet genere sit mensura eorum, que sunt post, ut dicitur in 10. Metaph. ergo tenemur volita nostra conformare diuino volito.

**T**4. Preceptum. Peccatum præcipue in peruersitate electionis consistit: sed peruersitas electionis est quando minus bonum magis bono preferatur. Hoc autem facit quicumque vult quod Deus vult, cum conforsteret id quod Deus vult, optimum esse. ergo quicumque non vult id, quod Deus vult, peccat.

**3. eth. c. 4. cit. 5. Prae. Secundum phil. virtuosus est regula & mensura in omnibus humanis actibus: sed Christus est maxime virtuosus. ergo Christo maxime nos debemus conformare, tanquam regule & mensura: sed Christus voluntatem suam conformabit diuina quantum ad voluntatem, quod omnes beatificiuntur. ergo & nos tenemur voluntatem nostram conformare diuina, quantum ad voluntatem.**

**R**ESPON. Dicendum, quod in volito quodammodo tenemur nostram voluntatem conformare diuina, quodammodo vero non. Secundum hoc enim,

**A. p. p. t. a.** ut dictum est, voluntatem nostram diuina considerare tenemur, quod bonitas diuina voluntati regula est & mensura omnis bona voluntatis. Cum autem bonum ex fine dependeat, voluntas bona de secundum ordinem ad rationem volendi, que est finis. Comparatio vero voluntatis ad voluntatem absolute, non facit alium voluntatis esse bonum, cum ipsum voluntum se habeat quasi materialiter ad rationem volendi, quae est finis rectus. potest nam & idem voluntum bene, vel male appeti, secundum quod in diversis finibus ordinatur, & econtra ratione differat & contraria voluntate potest quis bene uelle, in fine rectum referendo utrumque. Quamuis ergo voluntas Dei non possit esse nisi bona, & oportet quodcumque vult, bene velit: tamen bonitas in ipso actu voluntatis diuina consideratur ex ratione volendi, i.e. ex fine, ad quem ordinatur, quicquid vult qui est bonitas sua. Et ideo diuina voluntati simpliciter in fine conformari tenemur: in uolito autem non nisi secundum quod illud uolitum consideratur sub ordine ad finem. Qui quidem ordo semper nobis debet placere, quamvis hoc idem uolitum possit nobis merito dispiere. Nam aliquam aliam considerationem, utpote secundum quod in contrarium finem est ordinabile. Et inde est, quod voluntas humana secundum hunc inuenitur conformari diuina uoluntati in uolito, quod se habet ad finem diuina voluntatis. Voluntas enim beatorum, qui sunt in continua contemplatione diuina bonitatis, & ex ea regulant omnes suas affectiones, utpote plene cognoscentes uniuscuiusque desiderandorum ordinem ad ipsam, conformatur diuina voluntati in quolibet suo volito. Omne enim quod fecit Deus uelle, volunt absolute & sine aliquo motu in contrarium: peccatores vero, qui sunt auersi a voluntate diuina bonitatis, discordant in pluribus ab his quae Deus vult, ea improbantes & nulla ratione a sentientibus, iusti vero viatores, quorum voluntas adhaeret diuina bonitati, & tamen eam non ita perfecte contemplantur, ut omnem ordinem uolentorum ad ipsam manifeste percipiant, conformatur quidem diuina voluntati quantum ad illa uolita, quorum rationem percipiunt, quamvis in eis sit aliqua affectio ad contrarium, laudabilis tamen propter ordinem in eis consideratum. Quam tamen affecti non obstinata sequuntur: sed diuina voluntati superponunt, dum ei placet quod ordo diuina voluntatis in eis impleat, sicut ille, qui uult patrem suum uiuere propter affectum pietatis, quem Deus uult mori si iustus

F sit, hanc suam propriam voluntatem diuina superponit, ut non impatiens ferat, si Dei voluntas contraria proprie uoluntatis implauerit.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod Paulinus piebat dissolvi & esse cum Christo, sicut uoluntatis; nihilominus ramen placebat ei contrarium in ordine ad fructum, quem Deus eius uolenti fieri uolebat: unde diebat, Permanere autem in

ca: ne necessarium propter uos.

**A**D II. Dicendum, quod quis de potentia absoluta Deus possit reuelare suam damnacionem alicui, non tamen hoc potest fieri de potentia ordinata, quia talis reuelatio cogere eum desperare est alicui talis reuelatio fieret, debet intelligi non secundum modum prophetie prædictionis, vel prescientie: sed per modum prophetie connationis, quae intelligitur supposita conditione mortalium: sed dato quod esset intelligenda fuisse prophetiam, adhuc non tenere illuc, talis reuelatio fieret, sicut suam damnacionem absolute, sed secundum ordinem iustitiae, quo Deus uult persistentes in peccato damnari. Non enim Deus ex parte sua aliquem damnare: sed si id, quod ex nobis est, ut ex supradictis patet, uel suam damnacionem absolute, non effecit conformare uoluntatem suam diuina, sed uoluntatis peccati.

**H**AB. Dicendum, quod voluntas prelati non est regula nostra voluntatis, sicut diuina voluntas, sed præcepimus eius: & ideo non est simile.

**A**D III. Dicendum, quod passio Christi duplum considerari poterat. Vno modo per passionem, scilicet quaedam afflictio innocentium ab omnibus secundum ordinem ad fructum, ad quem Deus etiam ordinabat, & sic erat a Deo uolita, non autem primo modo. Voluntas ergo Christi que poterat istum ordinem considerare, sicut voluntas totius humani passionem uolebat sicut & Deus, sed voluntas sualitatis, cuius est non conferte, sed in aliquo absoluto ferri, non uolebat haec passionem, & in aliis diuina voluntati quodammodo in uolito contumacabatur, quando nec ipse Deus passionem Christi, vellet secundum se solum consideratram.

**I**ND. Dicendum, quod voluntas B. Virginis dissentiebat a passione Christi in se considerata, uolebat tamen fructum salutis, qui ex passione Christi consequebatur, & ita diuina voluntatis contumacabatur quantum ad hoc, quod non uolebat.

**A**D PRIMVM quod in contrarium obicitur dicendum, quod uerba glossa sunt intelligenda de voluntate diuina voluntatis, secundum quod stat sit ordinis ad finem & non absoluere.

**A**D II. Dicendum, quod amicitia constituit concordia voluntatis magis quo ad finem, quam ad ipsa voluntate: plus enim effectu amicus remittenti medicus qui ei vinum negaret, propter delitium sanitatis, quam si uellet eius desiderio facte de uni potatione periculum sanitatis.

**A**D III. Dicendum, quod sicut supra dictum, primum uolitum a Deo quod est mensura & regula omnium aliorum uolitorum, est finis voluntatis eius, scilicet sua bonitas, omnia vero aliena uult, nisi propter hunc finem. Et ideo, dum voluntas nostra diuina voluntati conformatur, in fine ad primum uolitum omnium nostra uoluntate gulantur.

**A**D III. Dicendum, quod electio habet in se rationis iudicium, & appetitum. Si ergo alius iudicet proferat id, quod est minus bonum magis bono, et peruersitas electionis: non autem si preferat id appetit.

appetendo, non enim homo tenerur prosequi mea  
liora semper in operando, nisi sint talia, ad quae ex  
præcepto obligetur, aliter enim quilibet teneretur  
sequi perfectionis consilia, que constat esse meliora.

Ad v. Dicendum, quod quedam sunt, in quibus Christum admirari possumus, non imitari; si-  
cure ea quae pertinent ad diuinitatem eius, & ad bea-  
titudinem quam habuit adhuc uiator exiens, ad  
quod pertinebat quod Christus quantum ad vol-  
lita rationis voluntatem diuinæ voluntati con-  
formabat.

QVÆSTIO XXXIV.

De libero arbitrio.

In quindecim articulos diuisa.

¶ Primo queritur, utrum homo sit liberi arbitrii.  
¶ Secundo, Utrum liberum arbitrium sit in brutis.

¶ Tertio, Utrum liberum arbitrium sit in Deo.

¶ Quartu, Utrum liberum arbitrium sit in poten-

ti, vel non.

¶ Quinto, Utrum liberum arbitrium sit una po-

tentia, vel plures.

¶ Sexto, Utrum liberum arbitrium sit voluntas,

vel potentia alia a voluntate.

¶ Septimo, Utrum possit esse aliqua creatura, que

liberum arbitrium habeat naturaliter confirmatum

in bono.

¶ Octauo, Utrum liberum arbitrium creature possit

confirmari in bono per aliquod donum gratiae.

¶ Nonno, Utrum liberum arbitrium hominis in sta-

tuie possit confirmari in bono.

¶ Decimo, Utrum liberum arbitrium creature

possit esse obstinatum in malo, vel immutabiliter

firmatum.

¶ Undecimo, Utrum liberum arbitrium homini

nis in statu vita possit esse obstinatum in malo.

¶ Duodecimo, Utrum liberum arbitrium sine gra-

zia, in statu peccati, mortalis possit vitare pecca-

tum mortale.

¶ Tertiodecimo, Utrum aliquis in gratia existens

possit vitare peccatum mortale.

¶ Quartodecimo, Utrum liberum arbitrium pos-

si in bonum sine gratia.

¶ Quintodecimo, Utrum homo sine gratia possit

se preparare ad gratiam habendam.

#### ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum homo sit liberi arbitrii.

VÆSTIO est de libero arbitrio. Et primo queritur, utrum in homine sit liberum arbitrium. Et videtur quod non, vt n. dicitur Hiere. 10. non est ho-

minis via, nec viri est, vt ambulet et di-  
rigat gressus suos; secundum hoc autem dicitur ali-  
quid est liberi arbitrii, quod est Dominus suorum

operum; ergo homo non est liberi arbitrii. sed di-  
ceretur, quod uerbum Prophetæ intelligitur de a-  
libus meritorii, qui non sunt in naturali homi-  
ni potestate.

Sed contra, Ad ea quae non sunt in potestate

nostra, non sumus liberi arbitrii. si ergo merita non

sunt in potestate nostra, non sumus liberi arbitrii

ad merendum, & sic actus meritorii non procedet

ex libero arbitrio.

Præt. Secundum Philos. in i. Metaphy. liberum

A est quod sui causa est: sed mens humana habet alia  
causam sui motus quam scipiam. s. Deum, quia Ro-  
man. i. super illud, Propterea tradidit illos Deus,  
dicit glossa, manifestum est Deum operari in men-  
tibus hominum ad conuertendas uoluntates co-  
rum in quodcumque voluerit. ergo mens huma-  
na non est liberi arbitrii. Sed dicereatur, quod mens  
humana est, sicut causa principalis sui actus: Deus  
autem sicut remota, & hoc non impedit, mens  
libertatem.

¶ 4 Sed contra, Quanto aliqua causa magis influit  
in effectuum, tanto est principalior; sed causa prima  
plus influit in effectum quam secunda, vt dicitur  
in lib. de Causis. ergo causa prima est principalior,  
quam secunda, & ita mens nostra non est principia-  
lis causa sui actus: sed Deus.

¶ 5 Præt. Oe quod mouet, est sicut instrumentum,  
vt patet per Commentarii in 8. Physi. instrumentum  
autem non est liberum ad agendum, cum non agat,  
nisi secundum quod aliquis eo virtur. cum ergo  
mens humana non operetur, nisi mota a Deo, vi-  
deatur quod non sit liberi arbitrii.

¶ 6 Præt. Liberum arbitrium dicitur facultas volunta-  
tis & rationis: qua bonum eligitur gratia assistente, vel  
malum eadem deficiente; sed multi sunt qui non habent  
gratiam. ergo non possunt libere eligere bo-

C num, & ita non habent liberum arbitriu ad bona.

¶ 7 Præt. Seruitus libertati opponitur; sed in homi-  
ne inuenientur seruitus peccati; quia qui faci pecca-  
tum, seruus est peccati, vt dicitur in 8. ergo in homine,  
non est liberum arbitrium.

¶ 8 Præt. An fel. dicit in libro de Libero arbitrio, si  
haberemus potentiam peccandi & non peccandi  
gratia non indigemus. potentia autem peccandi,  
& non peccandi est liberum arbitrium. ergo cum  
gratia indigamus liberum arbitrium non habemus.

¶ 9 Præt. Ab optimo unum quodque denominan-  
dum est, vt ex Philos. habetur in 2. de Anima: sed  
optimum inter humanos actus sunt actus merito-  
rii. cum igitur ad hos homo non sit liberum arbitrio. ga-  
ut dicitur in 10. 15. line me nihil potestis facere, quod de  
actibus meritorii intelligitur, uidetur quod ho-  
mo non sit dicendus liberum arbitrio.

¶ 10 Præt. Aug. dicit, Quia homo noluit abstine-  
re a peccato cum potuit, infiduum est ei non pos-  
se cum uelit. ergo non est in potestate hominis pec-  
care & non peccare, & sic uidetur non esse Dns  
suorum actuum, nec liberi arbitrii.

¶ 11 Præt. Bern. distinguunt triplicem libertatem,  
liberatem arb. liberatem confilii, & libertatem  
beneplaciti, & dicit quod libertas arbitrii est, qua  
discernimus quid licet: libertas confilii qua dicer-  
imus quid expediat libertas beneplaciti, qua di-  
scernimus quid libeat: sed discretio humana per  
ignorantiam est fauciata. ergo videtur quod liber-  
tas arb. que in discretione constituit in hominem  
post peccatum non remansit.

¶ 12 Præt. Respectu eorum non habet libertatem,  
respectu quorum habet necessitatem; sed respectu  
peccatorum homo habet necessitatem; quia post  
peccatum secundum Aug. necessitas est hominem  
peccare, ante reparationem quidem mortaliter,  
post reparationem vero solum venialiter. ergo ad  
peccata homo non est liberi arbitrii.

¶ 13 Præt. Quicquid Deus praescit, necesse est eu-  
cire cum pietatis Dei falli non possit; sed oes a-  
ctus humanos Deus praescit. ergo de necessitate eu-  
ciri, & ita hoc non est liberi arbitrii ad agendum.

¶ 14 Præt. Quanto aliquod mobile est magis, p. p. r.

Quæst. dicit S. Tho. KKK 2 quum

Glo. ord. ibi.  
sumitur ex  
Aug. in li. de  
gratia, & in  
arb. c. 2. t. 7

Propos. ro.  
3. inter ope-  
ra Arbi.

C 6. 49. ro.

In li. de gra-  
zia & li. arb.  
inter princ.  
& med.